

V. 313.

JACOBI TOLLII  
INSIGNIA  
ITINERARII  
ITALICI,

Quibus continentur  
ANTIQUITATES SACRÆ.



TRAJECTI ad RHENUM,

Apud { FRANCISCUM HALMAM, }  
          { GUILIELMUM vande WATER, } Bibilop:  
          M. D. C. XCVI.

JACOBI TOLLII

INSIGNIA

ET RERARUM

ITALICAE

Quibus continentur

ANTIQUITATES SACRAE

TRACTATUS DE RHENIUM

FRANCISCI HALMANNI  
GUILIELMUS WATTE

M. D. C. XCVI

POTENTISSIMO & INVICTISSIMO  
CÆSARI,  
LEOPOLDO  
MAGNO,  
D.G. ELECTO  
ROMANORUM IMPE-  
RATORI SEMPER  
AUGUSTO, P.F.

GERMANIÆ, HUNGA-  
RIÆ, BOJOHEMIÆ,  
DALMATIÆ, CROA-  
TIÆ, SCLAVONIÆ,  
&c. &c. &c.

R E G I,  
A R C H I D U C I  
A U S T R I Æ,  
D U C I B U R G U N D I Æ,  
S T I R I Æ, C A R I N T H I Æ,  
C A R N I O L Æ, E T W I R -  
T E M B E R G Æ, C O M I -  
T I T E R I O L O R U M,  
&c. &c. &c.

Triumphatori Gentium Barbararum,  
Optimo Principi,  
*Felicitatem perpetuam.*

*Au-*

AUGUSTISSIMÆ IMPERATOR,



On infœcundus ager accepta  
plerumque femina diti reddit  
cum fœnore : quod eo luculen-  
tius est, & uberius, quo beni-  
gniore fuit aeris temperie fo-  
tus, adjutusque. At ubi cœlum tristius frugum  
obstitit incrementis, parcius hæ proveniunt,  
neque fatoris respondent exspectationi. Tua  
Liberalitas, & animi Clementia, OPTIME  
CÆSARUM, illa mihi Viennæ femina sup-  
peditaverunt, quæ in has tandem excrevere  
& maturuere spicas, quas nunc in Augu-  
stæ Bonitatis Tuæ Ara adolendas oblatum  
venio. Immitior aura e Brandeburgico  
spirans Palatio, ad instar sævientis Boreæ,  
diro femina Tua, ne exfurgerent, rigore  
continuit. Tandem Divina illa discussa  
adspiramine est : & ecce tenuiorem qui-  
dem, sed tamen cum augmento segetem :  
\* 3 quam

D E D I C A T I O.

quam si tam benivolo acceperis animo ,  
CÆSAR AUGUSTISSIME , quam favente  
semina ejus præberi jussisti voce , habeo  
certe , quod gratæ devinctæque AU-  
GUSTÆ MAJESTATI TUÆ mentis stu-  
dia felicissime mihi impensa gratuler. Nihil  
vero mihi jucundius , quam quid , quan-  
tumque SACRATISS. MAJESTATI TUÆ  
debeam , publice testari. Decreveram hisce  
THEOLOGICIS , quod argumentum non  
tam meæ est Professionis , MEDICA subne-  
ctere , & CORPUS CHIRURGIE GRÆ-  
CÆ veteris Gr. Lat. Auctori itidem suo ,  
SER. Principi COSMO TERTIO , Magno  
Hetruriæ Duci , debita cum gratiarum  
actione , laudeque , restituere , atque conse-  
crare. Huic porro operi Chemicos adjun-  
gere Poetas Græcos : ac tandem tertio  
tomo , quæ ad mea cum maxime spectant  
studia , id est , Monumenta vetera inedita  
literaria , utroque sermone , prorsus ac ligata  
conscripta oratione , complecti. Tua incredi-  
bilis , AUGUSTISSIME IMPERATOR ,  
in omne studiorum genus , præcipue vero  
Me-

D E D I C A T I O.

Medicum, animi propensio, cum admirabili eruditione conjuncta, impulit me, ut animi mei sententiam paulo liberius hic exponerem: præsertim, quod, quum ex Italia primum redux ad SACRATISSIMÆ MAJESTATIS TUÆ venerationem admissus essem, ipsa Tua Vox Augusta & diligentiam meam in describendo illo codice vetere Chirurgico probare dignata est, & porro me ad editionem ejus clementissime cohortari. Erat hic mihi campus vix ullis circumscriptus terminis, LEOPOLDE CÆSAR INVICTISSIME, totum illud SACRATISSIMÆ TUÆ MAJESTATIS studium, quo omnis doctrinæ cultum prosequeris, & remp. Literariam Liberalitate Tua Benignitateque mirifice complecteris, omni facundia, quantacunque in me est, honoreque verborum extollendi: Erat argumentum illustre, exoptatum, & ad perpetuitatem famæ accommodatissimum, Cæsaream Tuam Vindobonensem Bibliothecam meritissima laude & huic seculo, & omni, quæ sequetur, posteritati commendandi, deprædicandique: ni  
fata

JACOBUS TORNER

## D E D I C A T I O.

fata manus injicerent, morboque lento, & vitalia depascente, nimiam meam in his excolendis literis pertinaciam, nimisque non sufficientibus corpusculi viribus improvidam, castigarent. Utere igitur, OPTIME IMPERATOR, in admittendo hoc ultimo fortasse grati devotique SACRAT. CÆS. MAJESTATI TUÆ animi mei documento, ingenua Tua Clementia, & accipe simul vota ab eadem animi affectione proficiscentia. Deus Opt. Max. servet sospitetque SACRATISS. TUAM MAJESTATEM, omnemque FAMILIAM AUSTRIACAM perpetuum: eaque Imperiale fastigium Tuum gloria faciat effulgere, qua nullus ante Te Cæsarum eluxerit, nullus post Te eluceat. Hoc tota mente precatur,

POTENTISSIME ET INVICTISSIME  
IMPERATOR,

SACRAT. CÆSAREÆ MAJESTATI TUÆ

*Devotissimus*

JACOBUS TOLLIUS.



# LECTORI ERUDITO

S.



*Xhibeo Tibi, Lector Erudite, partem promissorum; seu primum tomum INSIGNIUM Itinerarii Italici; qui inedita Theologica continet. Sunt autem ea Carmina mille ducenta admodum D. Gregorii Nazianzeni: tum Confutatio sectæ Massalianorum: item Ritus Receptionis Manichæorum: quæ tria e Cæsarea Vindobonensi Bibliotheca descripta benignitati Inuictiss. Cæsaris LEOPOLDI MAGNI accepta referenda sunt. Reliqua duo, Testamentum Theodori Studitæ, & D. Macarii Narratiuncula, Joachimi Felleri b. m. Bibliothecæ Lipsiensis Academiæ Præfetti, Viri optimi, dum fuit, & mihi amicissimi, do-*

\* \*

NUM

P R Æ F A T I O.

num sunt. Prioribus tribus notulas aliquas adpersi, prout aliqua notatu digna in Excerptis meis Theologicis, sed in alium usum collectis, occurrerunt. Nam a Bibliotheca adeo destitutus fui, ut ne unicum quidem Theologum inter perpaucos, qui furaces mali juvenis manus effugerant, numerare potuerim. Ergo, si quid minus placuerit, Lector Erudite, dona id malæ fortuna meæ: sicubi erravero, corripere benivole, & gratias tibi habebō gratissimas. Neque enim ex iis sum, qui vel arrogantia, vel invidia, vel pertinacia, summum me, & omnibus numeris absolutissimum in his literis jactitem, mihi que persuadeam. Tantum vero ab invidia remotus, ut cunctis viris excellentibus toto animo faveream. In agnoscendis vero erroribus meis facillimus hactenus fui. Castigavi nuper in Gallica mea Longini editione insanam eorum animi impotentiam, qui de lana caprina disputantes inaudita feminis salsamentariis convicia in se mutuo congerunt: non cogitantes, omnem eruditionis & eloquentiæ famam, quam sibi merito peperere, hac turpissima ac indelebili macula foedissime contaminari. Hos ego summos Oratores ac Poetas, purique sermonis Latini primas æque arroganter sibi vindicantes, facillime non in uno alterove, si mihi amicos irritare luberet, sed pluribus argumentis inconfutabilibus nec Poesios nec Rhetorices intima adyta unquam penetrasse facile ostenderem. Sed hæc non adeo ad Rempublicam spectant literariam. Quare saniozem ipsis mentem precor, ut  
que

P R Æ F A T I O.

que omisso inani fastu, & invidia tempora sua utilitati  
potius publicæ, quam mutuis animi irritamentis impendant.  
Hoc amicis meis, quibus revera bene cupio, quorumque  
laudes & ingenii decora nunquam non prædicare soleo,  
brevis forsan fato concessurus, fidele monitum quasi testa-  
mento lego: utque placido hanc meam admonitionem animo  
accipiant, rogo. Hæc sunt, Lector Erudite, quæ te scire  
volui, cui omnia leta, felicia, prospera toto animo voveo  
& precor. Vale.



\* \* 2

S E-

D. GRE.



UB

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg  
Frankfurt am Main

S. O. E. T. R. I. E. S.

# TRACTATUUM,

Qui hoc Volumine continentur.

D. GREGORII NAZIANZENI  
Theologi Carmina Cygnea Inedita. pag. 1.

EUTHYMI ZYGABENI  
Victoria & Triumphus de impia & multiplici exse-  
crabilium Massalianorum Secta, qui & PHUNDAI-  
TÆ, & BOGOMILI, nec non EUCHITÆ, EN-  
THUSIASTÆ, ENCRATITÆ, & MARCIONITÆ  
appellantur. pag. 106.

FORMULA recipiendi eorum, qui a MANICHÆO-  
RUM & PAULICIANORUM Hæresi ad puram &  
veram nostram fidem CHRISTIANORUM conver-  
tuntur. pag. 127.

Sancti Patris & Confessoris THEODORI  
ad Discipulos suos Testamentum, Interprete  
JACOBO SIRMONDO. pag. 179.

S. MACARII ALEXANDRINI  
Sermo de excessu Justorum & Peccatorum: quorsum  
scilicet eorum animæ e corpore demigrent, & quo-  
modo se habeant. pag. 193.

D. GRE-

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ  
ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΝΑΖΙΑΝΖΗΝΟΥ

Τῶν Κυγνέων Ἀσμάτων

Α Ν Ε Κ Δ Ο Τ Α.

D. GREGORII NAZIANZENI  
T H E O L O G I

Carmina Cygnea

I N E D I T A.

A R G U M E N T U M

JO. LEUNCLAVII.



*Verela est de hominum ingrata mente, qua ostendit in hac vita nemini laborum exspectanda esse præmia. Qui Constantinopolin venerit, quos labores exanclarit, narrat. Contraxisse tandem corporis ægritudinem ex gravissimis ærumnis: Tum invidia motos Episcopos sub debilitatis prætextu ipsum munere suo dejecisse. Subjicit inde, quales etas illa Episcopos habuerit, qui suam inscitiam Apostolorum exemplis excusare voluerint, in quibus & publicani, & piscatores exstitissent. Verum hanc objectionem varie dissolvit, & dissimilitudinem inter utrosque maximam esse probat. Addit, alios Episcopos esse adulatores, seque temporum ad rationes accommodare. Hinc originem malorum ipsam ostendit: sumi nimirum citra delectum, & nullo adhibito judicio, quoslibet, mimos, agricolas, opifices, publicanos, provinciarum præfectos rapaces; itemque præfectos ceteros, civiles ac militares, qui reapse rudes subito videantur idonei. Describit & simulationem gravitatis in moribus ac gestibus externis. Tandem eis longum vale dicit, obiterque ad virtutem & concordiam hortatur.*

A

CAU-

## CAUSA SCRIPTI.



**G**REGORIUS ab ipsis statim incunabilis ad instar  
 Samuelis a matre Deo consecratus omni deinceps vi-  
 tae tempore singulari ardore virtutem pietatemque  
 coluerat, animumque Athenis una cum Basilio Ma-  
 gno omni sacrarum, profanarumque scientiarum co-  
 gnitione imbuerat: cujus & in Ponto deinde usus  
 contubernio, ab eodem, quum a patre primum, qui  
 Nazianzi erat episcopus, Presbyterii fuisset exorna-  
 tus dignitate, invitus ac nolens Salsmorum consti-  
 tuitur episcopus. Verum quum locum hunc infra dignitatem suam esse  
 cerneret, ac merita, nullo episcopi ibidem functus officio inde discedit:  
 a patre vero revocatus exoratur, ut vices suas jam senis suscipiat, & una  
 secum Episcopatum tamquam vicarius administret. Eo mortuo, quum  
 ab episcopis impetrare non posset, ut alium patri sufficerent successorem,  
 Seleuciam se confert: ac paulo post Nazianzum revertitur. Hinc Con-  
 stantinopolin ad SS. Trinitatis contra Arianos & Apollinaristas doctrinam  
 tuendam a populo & Episcopis Catholicis evocatus, Catholicorum tem-  
 plum tantum tunc temporis Anastasiae tenentium Episcopus creatur,  
 confirmante per literas Petro Alexandrinae civitatis Episcopo: trien-  
 nioque integro rem ita strenue contra Arianos, ceterosque gerit hare-  
 ticos, ut ecclesiam Catholicam mirifice auget, veramque doctrinam  
 late propagaret, insigni cum adversariorum dolore, qui jam in ipso ejus  
 dignitatis ingressu ita suae partis plebem concitaverant, ut Gregorium la-  
 pidibus petierint. Quum vero cum omni vita, tum & cultu victuque mo-  
 nachum potius severissimae integritatis, quam tantae dignitatis ageret ac  
 referret Episcopum: adhuc & altiores ob eruditionem, defensamque SS.  
 Trinitatis doctrinam, spiritus gerere videretur, Ciceronianaeque imbe-  
 cillitati affinis, ut ille consulatum suum, & expulsus urbe Catilinam,  
 omnibus tantum non horis memorabat, ita & ipse confusus Arianos, &  
 suam Triadem assidue praedicaret, ingentem sibi quorundam suorum  
 Presbyterorum, aliorumque Episcoporum, conflagavit invidiam; qui,  
 quod splendidius & luxuriosius viverent, vitam Gregorii severiorem in-  
 star sibi esse exprobrationis existimabant. Accidit forte, ut interea tem-  
 poris Maximus quidam Philosophus Cynicus, sed Christianas partes am-  
 plexus, ex Aegypto Constantinopolin se conferret, a Lucio Ariano, qui  
 Petrum Alexandrina sede expulerat, eamque per vim occuparat, flagris  
 caesus, & in exilium actus. Hunc Gregorius, vir praesae simplicitatis, &  
 omnis virtutis amantissimus, sed minus cautus, ac patens adulationibus,  
 veluti martyrem aliquem non modo in contubernium recepit, sed & egre-  
 gia praesentem laudavit oratione, quae sub Heronis Philosophi nomi-  
 ne vigesima tertia est: adeoque nihil mali de nequam isthoc homine sus-  
 picatus est, ut & ad intimam eum admiserit amicitiam. Verum evenit ei,  
 quod

CAUSA SCRIPTI

quod illi in fabulis, qui eneſtam frigore viperam in ſinu fovebat. Maximus enim Ægyptios aliquot Episcopos Gregorio invidentes, auro corrupit, perſuaſitque, ut ſe in ejus locum ſubſtituerent. Diſtum factum. Illi namque prolatis aliis Petri epistolis, captata Gregorii abſentia, Maximum noctu convocatis quibuſdam ſuarum partium hominibus Episcopum creant. Quo facto ſequenti mane cognito, ingens tumultus plebis Gregorio addictæ ortus: & adnitentibus, qui eidem favebant, Episcopis aliis, Maximus urbe pulſus eſt, confirmatusque poſtpaulo ab redeunte in urbem Imperatore Theodoſio Gregorius, collata in eum Archiepiscopali dignitate, Arianis erepta: quos ea res tantum non in furorem egit; ſic ut & percufforem Gregorio ſubmiſerint. Imperator deinde Concilium Episcoporum Conſtantinopolin evocat, a quo Gregorii electio confirmatur, adnitente præcipue Meletio, Antiochiæ præſule. Quo mox mortuo, ingentes de ſucceſſore ejus inter Episcopos diſſenſiones ortæ ſunt. Quas cum fruſtra Gregorius componere fatageret, imprudenti nimium fervore ſucceſſorem ſibi quoque petit: privatam ſibi vitam, quam tot contentionibus, rixis, & calumniis obnoxiam dignitatem, potiorem dictitans. Arripere ſtatim æmuli, quod offerebatur, & accedentibus e Macedonia & Ægypto Episcopis, qui Gregorium non rite electum aſſerebant, ceteros in ſententiam ſuam pertraxere. Sero ſapiunt Phryges. Gregorius, qui promiſſimum hunc aſſenſum non exſpectarat, propria ſe captum videns ingenuitate animi, quamquam ſtatim facti pœnitebat, pudore tamen adductus in ſententia perſtitit, gravique ac luculenta ad Imperatorem & Concilium habita oratione, quæ inter editas xxxii eſt, ut Archiepiscopali ſeſe abdicare liceret dignitate, rogavit, impetravitque. Hinc ſtatim natæ hæ, quas hic e Manuſcripto Cæſareæ bibliothecæ codice promimus, querelæ: hinc illæ, ut ita dicam, lacrymæ, & ceteri threni: in quibus & patientiam, & animi robur, ac moderationem in tam probo viro merito deſideres. Scilicet nemo ſine vitiis: optimus ille, qui minimis urgetur. Ciceronem ſane nemo melius expreſſit vita, moribus, eloquentia, fortuna, uſque in exilium: & in exilio uter mollior, vix quiſquam dixerit. Fortior Carolus Quintus fuit, qui, licet eum poſiti imperii, regniſque filio traditi, ſtatim pœnituerit, dolorem tamen ſuum numquam non pertulit, ac diſſimulavit. Ceterum carmen hoc ſtatim poſt depositam dignitatem ſcriptum eſt; adeoque illud *de vita ſua* tempore præcedit. Hic enim lenius agit, neminemque nomine deſignat: illic liberius & acerbius; ac nominatim Maximum perſtringit, ceterosque perpetuum duraturis ſigmatibus inurit: aucto ſcilicet ex pœnitentia & accedentibus adverſariorum ludibriis, ac irriſu dolore, irritaque inde in hanc veluti vindictam ægri jam nimis animi perturbatione.

Εἰς ἑαυτὸν, καὶ Θεὸν

## ΕΠΙΣΚΟΠΩΝ.

- Ι**σως μὲν ἐχρῆσθ' ὡς κακῶδρον φέρειν  
 ταῖς τῷ πατρὶσι ἐπιθέταις τυπέδρον,  
 οὕτω πατρὶσιν ἀκαρετέρῃ καὶ τ' λόγον.  
 Ὡς ἂν πλείως ἄμω ἠγωνισμένοι,  
 5 καὶ μοῦνον ἐλπίζωμεν εἰτελέστερον.  
 Ὡν γὰρ τέλεισθ' ἀμωσθ', εἰτελέστερσθ'.  
 Ὡν δ' ἔτελεισθ', καὶ τὸ ἄλλο ἐμιπτες.  
 Ὡς ἂν δὲ μὴ δόξαιεν οἱ κακοὶ κεραλεῖν  
 τὰ πάντα, μὴδ' ἢ λαίεσθ' αὐτοῖς ὁ δρόμος,  
 10 ἀνίστασθ' ἐδενός, τὸ μὲν πέρας  
 τῶν παρήστω τῶν τελευταίων πυλῶν,  
 ὅ πάντ' ἐλέσθ' καὶ κατὰρσθ' σὺ δίκη,  
 ἂν λανθάνωμεν εἰθάδε πλοκαῖσιν.  
 Αὐτὸς δὲ μικρῶ τῶς ἐμὲς λόγῳ πλῆξω  
 15 φωνεῖς. φωνεῖς γὰρ οἱ κείνοντες ἔκτοπα,  
 ψυχῶν ἀθώων ἐκχέοντες ἅματ' αἵματ',  
 πάντων, ὅσας ἐπληθῶν, ἔς ἄκονόμεν.  
 Ἐρῶ δ', ἂ λέξω, μηδὲν βύλαβέμενσθ'  
 τὸ λοιδορεῖσθαι, φράσθ' ἀπηγορευέμεν  
 20 Πᾶσιν μὲν, ἐμοὶ δὲ καὶ πλέον μισέμεν.

Οὐ

## NOTÆ ad QUERELAM de EPISCOPIIS.

**C** Armen hoc rectius intelliget, qui primum  
 illud ἐπιθέταις prius legerit, quo vi-  
 tam suam D. Gregorius exponit, ἐπιθέταις,  
 hic attinguntur, suse enarrat. Nos autem pu-  
 cula tantum nonnumquam inde excerpemus, quæ  
 ad hujus explanationem pertinere videbantur  
 necessario; adjectis ἐπιθέταις nonnullis aliis, quæ suapte  
 semet aliud agentis obtulerunt, ac veluti sub  
 manu nata sunt.

V. 1. Ἰσως μὲν ἐχρῆσθ' ] Verum hoc: estque  
 in hisce vir sanctissimus aliquid humani pas-  
 sus; optimi quidem consilii atque voluntatis,  
 sed in ferendis injuriis aliquanto, quam oportebat,  
 mollior, minusque a conviciis & acer-

bitate, quæ Christianum dedecet, temperans.  
 Sed hæc ejus imbecillitas ceteris ipsius præ-  
 stantissimis donanda virtutibus est, ac meritis;  
 cogitandumque, nimisquam difficile esse,  
 quum homo natus sis, hominem exuere.

Ibid. Ἐχρῆσθ' ὡς ] malim ἐχρῆσθ' μὲν ὡς.

11. Τελευταίων πυλῶν ] Sic Carm. 1:

Δόσω τὸ κείνῃ τῶν τελευταίων πυλῶν.

Ignem illum indicat, de quo Apostolus priore  
 ad Corinth. 111, 13; qui quidem Catholica  
 ecclesie ὁ καθάρων τῶ ἀνομήματ' α, revelan-  
 turus cujusque opera, probaturusque, cujus sint  
 generis. Verum perfecti Christiani est, depre-  
 cari potius, quam imprecari supplicia & poe-  
 nas. Infra vers. 495:

Τυχόν

De se ipso, & adversus

E P I S C O P O S.

**F**ortasse debebam, itidem ut factis me contineo,  
 Quum vexor, ad illius me præcepta componens,  
 Qui pro nobis passus est, etiam oratione tolerans esse:  
 Ut perfecte certamen vitæ hujus absolverem,  
 5 Et præmium perfectius exspectarem.  
 Nam quorum labor perfectus est, & præmium est perfectius:  
 Sicut imperfecto labori etiam præmium consimile respondet.  
 Verum ne mali omnium potiri videantur,  
 Neve levi prorsum cursu ferantur  
 10 Adversante nemine, finem illorum equidem  
 Extremo permittam igni,  
 Qui cuncta juxta tum explorat, tum purgat.  
 Tametsi hac in vita per fraudes quasdam nosmet occultemus.  
 At nihilominus orationem hanc brevem contexam.  
 15 Nam qui absurda proferunt, sicarii sunt  
 Animarum effundentes innoxium sanguinem  
 Illorum omnium, quos a me gubernatos vulnerant.  
 Dicam autem hæc nihil reveritus.  
 Conviciis quidem exagitare non fas est quemquam: & ut  
 homines  
 20 Cuncti ab eo abhorrent, ita peculiariter ipse vitium hoc odi.

Propte-

Τυχόν τι ἄλλην ὑψηλὸν πλασθήσομαι  
 Πλάσιν, καθαρῶς τὰ φιλοτέπρω πύρι.  
 Vid. & v. 53. in tetraſtichis vocat ἰσχατα  
 καθαῖσια.  
 13. Πλοκαῖς τισίν] Dolis, quibus ipsum ir-  
 retiverant. Sic c. de vita sua:  
 Εἰ μὴ τὸ πλεῖον τοῦ μίσου τὸ λάθριον,  
 Νέαν ὄλεθρον, ἢ σπιλάδις, λοχοὶ βαδόν.  
 Ἄλλοι λέγουσι ταῦτα, σιγησά δ' ἴσοι.  
 Οὐδ' ἢ σχολῆ μοι πλεῖν ἄ γινώσκων κακά,  
 Τὴν ἀπλότην καρδίαν ἀκουμαῖνα.  
 14. Πλάξω] In MS. erat πλοσσω, vitiose,  
 pro πλάξω. Leunclavius πλάξω legisse videtur.  
 Sed nec sic se versio recte habet. Repone: *At  
 brevi tamen ego meos sermone verberabo sicarios.  
 Sicarii enim sunt, qui absurda proferunt: Sive,  
 Homicidas. Homicidas enim sunt, qui impie ju-  
 dicant.*

15. Φονίς] Ita fere Optatus Milevitanus lib.  
 11: *Vos vivum facitis homicidium: latro jugu-  
 gularis dat de morte compendium. Et mox:  
 Valent quidem membris, sed erepta portant fu-  
 nera dignitatis: de Episcopis expulsi.*  
 Ibid. Οἱ κείνοτες ἐκτοπῶ] Nempe ipsum  
 pluribus simul in urbibus Episcopum esse, id-  
 eoque non rite electum Constantinopoli: qua  
 de re vid. infra, v. 96. Mox pro ἐπλάττων lege  
 ἐπλάττων: id est, *quoscunque formavi, quos rexi.*  
 18. Μῦθον] Malim μῦθον, ἰουδαῖον. Vertam  
 vero: *Neminem vero in his, qua dicam, indi-  
 cabo; verius, ne quemquam calumniari vi-  
 dear: qua res se per se illicita est, & mihi præ-  
 primis exosa. Non enim quemquam nomine de-  
 signabo, &c. Attamen id carmine de vita sua  
 non impigre & peracerbe fecit.*  
 A 3 21. Ου



- Οὐ γὰρ ὄνοματι τὰς λόγους ποιήσομαι,  
 Τῷ μὴ δοκεῖν ἐλέγχειν, ἀ κρύπτειν χρεῖαν.  
 Ἀλλ' ἐδὲ πάντων ἐξ ἴσης μεμνήσομαι.  
 Μὴ μοι τοσῶτον ἐκδρομήσῃς τόμα.  
 25 Πολλὰς γὰρ οἶδα καὶ λόγους τῷ κρείσσοντι.  
 Ἀλλ' ὅς περ ἐν κακοῖς τε, καὶ κακῶν πέρας,  
 Αὐτὸς κρατεῖσθαι, καὶ δαμαζέσθαι τὰ νῦν.  
 Τεμεῖ π' χεῖρον ἢ μάχισσα τὸ λόγους.  
 Τί τῆτο; δείξεις, ἀν μάχῃ ὡς τ' λόγον,  
 30 Αὐτῷ παροδῆλως ἐκφανῆς κατήγορον.  
 Τὸ δ' ἐν ἐμὸν τοῖστο. Βαλλέτω με πᾶς.  
 Πόρρωθεν εἶμι τοῖς λιθοῖς ἡγεμοζυδύτι.  
 Θάρρη λέοντα. Πάραδάλις τῶν ἡμέρων.  
 Ἀσπίς πάχ' ἀν σε καὶ Φύροι δεδοκίματα.  
 35 Ἐν ἐκτρέπε μοι, τὰς κακὰς ὀπισκοπάς,  
 Μηδὲν φοβηθεῖς τῷ θρόνῳ τῷ ἀξίαν.  
 Πάντων τὸ ὑψοῦ, ἐχέ πάντων δ' ἡ χάρις.

21. Οὐ γὰρ ὄνομα[τι] attamen ita exacte  
 designatis iis, quos perstringit, ut nominasse  
 non opus fuerit. Sed & alibi Maximum nomi-  
 nat, in quem potissimum hoc carmen con-  
 scripsit. Sic inter Jambica carmen in eum p.  
 249, aculeatissimum est; cuius initium:

Τί ταῦτα; τολμάς καὶ σὺ, Μάξιμε, γράφειν;  
 Γράφειν σὺ τολμάς; τῆς ἀνομιλίας ὅση;  
 Carmine item primo p. 12: ubi ita eum descri-  
 bit, ut pictor melius non potuerit:

Ἦν τις ποτ' ἡμῖν ἐν πόλει Σηλυδρίας,  
 Αἰγύπτιον φάντασμα, λοστώδης κακόν,  
 Κύων, κολύβη, ἀμφόδων ἱαπρέτης,  
 Ἄρης, ἀφρονι πῆμα, κητώδης τίρας,  
 Ξανθός, μελάνθεξ, ὄυλος, ἀπλοῦς τὴν τρίχα:

Et hanc quidem comam ejus eodem carmine  
 adeo Satyricè exagitat, & adeo aspere, ut ni-  
 hil supra; ut:

Δράσις δὲ τί τὴν καλὴν κόμην; πάλιν  
 Ὁρέψις φιλεργῶν; ἢ μενεῖς τοῖον γέλωτος;  
 Ἀμφω γὰρ αἰσχροῦ, καὶ τί τοῖν δυοῖν μέσον;  
 Οὐκ ἔστιν ἑρμῆν οὐδὲ ἐν, πλὴν αἰσχρότης.

Quid! laqueum proponere inimico ad suspen-  
 dium, ut nil de convitiis istis dicam, homi-  
 nis est Christum sectantis? non videtur. A-  
 gnosco hic igitur, ut Carmine xi appellat,  
 σακίβριμον λόγον, ἰδὸν αἰνῆς. Ad comam vero  
 Maximi & hoc Carmine vers. 660 alludit,  
 quum ait: Ἐπίσχεῖς ἢ τρυφῆν, ἢ τὰς τρίχας.

Superius autem interpres c. 1, τὸ ἀμφόδων  
 ἱαπρέτης non recte vertit, viarium servulius,  
 quod nihili est. Repone, acer minister; ut apud  
 Phædrum Canis: Quia videor acer, alligant  
 me interdum. Ita enim de hoc Maximo Grego-  
 rius eodem carmine:

— Τίς οὗτος ὡς ἐμοίγε Μάξιμῳ;  
 Στέγης, τραπίζης, δειμάτων, βουλευμάτων  
 Κοινωνός. Οὐδὲν μέγα· καὶ γὰρ τις ἢ μέγας  
 Κύων, ὑλακίων δ' ἦεν τοῦς κακοφρονῶν.  
 Καὶ τῶν ἡμῶν προθυμὸς αἰνίτης λόγον.

23. Ἐξ ἴσης] ab interprete hoc omissum est.  
 Adde igitur, equaliter, sive, eodem modo. Et  
 mox in codice erat vitiose ἐκδρομήσῃς, pro  
 ἐκδρομήσῃς. i. e. Ne mihi adeo extra metas pro-  
 curras sermo, seu lingua. Ἐκτὸς θρόνου Φέρεσθαι.  
 Plato dixit. Sic Carm. de vita sua:

Καὶ αὐτὰ θάσσους ἐδραμύνη τῆ θία:  
 ubi male quidam ἐδραμύνη malunt.

26. Καὶ κακῶν πέρας] Sic infra in Variis:  
 Καίπερ πάσχων δινά, καὶ δινῶν πέρας.

27. Αὐτῷ] In exemplari Cæsareo erat δοξα-  
 ζέσθαι, pro δαμαζέσθαι. Unde initio addubita-  
 bam, an non potius foret τὸ κρηλείσθαι in κρηλεί-  
 σθαι rhotare; sic ut utrumque ironice positum  
 videretur; & ἄτος pro αὐτός. Sed hoc frustra  
 fuit. Δαμαζέσθαι vero in suo etiam legisse vi-  
 detur Leunclavius. Ita enim vertit: quæ le-  
 ctio confirmatur illo versu e Monasticis: Ἡ

Propterea nominatim nihil proferam,  
Ne proferre videar in lucem, quæ occultanda erant.  
Nec item omnium mentionem faciam:  
Nolim enim me tam loquacem esse.

- 25 Nam multos etiam novi, de quibus loquendum sit honestius.  
Verum quisquis improbus est, & plusquam improbus,  
Vinci se, domarique patiatur.  
Vulnerabit orationis gladius, quidquid malum fuerit.  
Et quinam sint mali, patebit deinceps, ubi meam orationem  
oppugnans
- 30 Manifesto te tuimet ipsius accusatorem declaraveris.  
Sic equidem affectus sum. Petat me jaculis, qui volet.  
Jam dudum ad lapidum ictus ferendos me accommodavi.  
Leonem vereri nolito. Pardalis animal mansuetum est, ac mite.  
Fortassis etiam exhorrescentem te fugiet aspis.
- 35 Unum mihi quiddam modo vitato, malos scilicet episcopos,  
Nihil folii dignitatem reveritus.  
Omnium est eadem sublimitas, at non omnium gratia.

Pellem.

ἀπὸ τῆς κορυφῆς αὐτοῦ, καὶ δαίμαζέτω καλῶς.

28. Τίμω τὸ χεῖρον] Ita ferme Hieronymus ad Bonafum: *Disposui nasum secare fatentem: timeat, qui strumofus est.*

29. Τί τοῦτο; διέξω] Τί τοῦτο; *Quid enim?* sic v. 737: *Τι ταῦτα;* alias malim, *ὅτι τοῦτο διέξω.* D. Hieronymus adversus Ruffinum: *Quando sine nomine contra vitia scribitur, qui irascitur, accusator sui est.* Idem ad Nepotianum, de vita Clericorum: *Nullum lasi: nullius nomen mea scriptura designatum est: neminem specialiter meus sermo pulsavit. Generalis de vitiis disputatio est. Qui mihi irasci voluerit, ipse de se, quod talis sit, confitebitur.* Habuit autem hoc: D. Hieronymus, ut erat Ciceronianus, e Ciceronis Or. pro lege Manilia, c. xiiii: *Ego autem neminem nomino. Quare irasci mihi nemo poterit, nisi qui ante de se voluerit confiteri.* Sic & Phædrus prol. lib. iiii.

Suspicione si quis errabit sua,

Et rapiet ad se, quod erit commune omnium,  
Stulte nudabit animi conscientiam.

Idem, qui supra, Hieronymus ad Rusticum: *Scio me offensurum esse quamplurimos, qui generalem de vitiis disputationem in suam referunt contumeliam: Et, dum mihi irascuntur, suam indicant conscientiam: multoque pejus de se, quam de me judicant. Ego enim neminem*

*nominabo: nec veteris Comædia licentia certas personas eligam, atque perstringam.*

31. Βάλλω με πᾶς] respicit hic, quod ei in initio evenerat electionis, cum a populo lapidibus impetitus fuit. Sic infra in alio carmine inedito:

Βάλλετε, ταχέως μὴ πεφραμένους.

Σιγῇ βαθεῖα. Γενγυρίῳ· πέρρωτάτω,

& hinc statim ait:

Πόρρωθὲν εἶμι τοῖς λίθοις ἠμωσμένῳ.

id est, *Fam dudum memet ad excipiendos lapides composui.*

qua dere v. not. ad vers. 103. Sic & C. Jamb. 1.

Βάλλ' ἔστοχεῖτε τοῖς λίθοις.

& Carm. xxiiii: *Λιθαζέτω με πᾶς*

Ὡς ἐκ παλαιῶν τοῖς λίθοις

Ἄρισθ' ἠμωσμένον.

33. Θάρρει λέοντα] Sic & carm. de vita sua; leoni se confert:

Λέοντες ἡδὲν ἐχθρὸς, ἀλλὰ σήμερον

Πίθηξ ἔγωγος. Σὺ δὲ μικρὸν λέων.

35. Τοὺς κακοὺς ἐπιχόπους] in quos sæpius vehementissime invehitur, imprimis toto carmine xi; ubi inter cætera dicuntur

Ἀδελφείως χάσκαθες ἐν ἀλλοτριότητι προσώ-

ποις

Ἐστέρας, ὅσα δ' ὀνός, ὁμοῖα πῦσιν

ἔχουτες.

36. Τὸ

Τὸ κάδιον παρέλθε, τὸν λύκον βλέπε.

Μὴ τοῖς λόγοις με πείθε, τοῖς δὲ πράγμασι.

40 Μισῶ διδάσκαθ', οἷς ἐναντίον βίβλου.

Τὰ χρώματ' ἀνάγν τῶ πάφθ, βδελύττομαι

Γλυῖ ἔνδον ὀδμὴν τῶν σεσηπόταν μελῶν.

Πᾶς πῶτα; ἢ πὶ πῶτα; πᾶς λόγος αἰ

Κινῶν ἀμείνως, ἔχθ' ἢ νυῖ ὀφθαλμοῖς;

45 Ἀλγεῖνός ὄστιν, ἐξερεύεσθαι πάθου

Θεῶ, φίλοις, γονεῦσι, γείτοσι, ξένοις,

Εἰ δ' ἐν χρόνῳ τε ἢ βίῳ τοῖς ὑπερον.

Μικρὸν δ' ἀνοίσω τ' λόγον πορρωτέρω.

Μηδεὶς ποτ' εἶπη τοῖς πονῆσι πὶ πλείον

50 Ἐντεῦθεν εἶναι. Παύζεθ', ὅς φρονεῖ πᾶδες.

Ἀπαλή' ἐν νυκτὶ ἢ ζόφῳ πορευέσθαι.

Τὰς μὲν πυροῖ γ' ἢ, τὰς δ' ὀπιζοφοῖ θεός.

Ἔως τὸ πῦρ ἅπαντα φωτίζει ταῦτα.

Ἄλλου μὲν ἐξέλιπσε μοχθηρὸν βίον

55 Στέφανον, αὐπνῶν, δάκρυσιν τήκων μέλι,

Χαμυνία τε ἢ τροφῆν φενάμενον,

Καὶ

38. Τὸ κάδιον] Sic carm. xii,

Διπλῶς ἐστὶν ἕκαστον, οἷς λύκον ἀμφικαλύπτει.

39. Μὴ τοῖς λόγοις] D. Hieronymus ad Oceanum: Perdit enim auctoritatem docendi, cuius sermo opere destruitur. Quare noster Basilium laudans c. LXIV, ait:

--- Σὺ δ' μόνον ἴσον ἔφηναις

Καὶ βίον μύθῳ, ἢ βιότητι λόγον.

Et sunt nonnulli, inquit Gregorius Magnus l. i. Dial. quos ad amorem patriæ celestis plus exempla, quam predicamenta succendunt. Noster in tetrastichis:

Ἡ μὴ διδάσκειν, ἢ διδάσκειν τῷ τρέπον.

Μητὴ μὲν ἔλκειν, τῆ δ' ἀπαθείσθαι χερσίν.

Ἡ τοῖς διήσει τοῦ λέγειν πρῶτον, ἢ δεῖ.

Γραφικὸς διδάσκει τὸ πλείον τοῖς ἐκτύποις.

D. Augustinus lib. iv. de Doctrina Chr. c. 27: *Habet autem, ut obedienter audiatur, quantamque granditate dictionis majus pondus vitæ docentis.*

40. Μισῶ διδάσκαθ'] D. Hieron. in Epitaph. Marcellæ: *Erubescit enim quamvis præclara doctrina, quam propria reprehendit conscientia. Idem ad Nepotianum de vita Clericor. Delicatus magister est, qui pleno ventre de*

jejuniis disputat. Accusare avaritiam & latro potest. Sacerdotis Christi os manusque concordant. Et in Apologia pro libris ad Jovin. Reprehensorem non audio; sequor magistros. Delicata doctrina est, pugnantem iclus dicitare de muro: & cum ipse inguentis delibutus sis, cruentum militem accusare formidinis.

41. Τὰ χρώματ'] Matthæi xxiiii, 27.

45. Ἀλγεῖνός ἐστιν] Carm. x:

Φάρμακον ἀλγός ἐστι ἢ ἡρι μῦθος οὐσιπέτῃ

47. Ἐἰ δ' οὖν] Saltē, si non, quasi ἰδ' οὐ Sic infra vers. 182:

Τὸν πρῶτον, ἰδ' οὖν, ἀλλὰ μὴ τὸν ἔσχατον.

& inter varia:

--- δεῖρο φαρμάκου σου ὕδαρ.

Ἐἰ δ' οὖν, σὺ σῶτῃς ἐπι. καὶ παρηγορημα.

pro quo alibi dixit, ἰδ' οὐ φίλον σοι. Carm. de vita sua:

Γλαῖσταν τίς ἔχεις ἐνμαδῆ συνήγορον,

Ἐἰ δ' οὖν, ἐλευθέρων τε καὶ ζήλου πλείων;

Ibid. Ἐἰ δ' οὖν χρόνῳ] Carmine de vita sua:

Ἀκουσάτω πᾶς, δι' ἃ τὸν, ἰδ' ὑπερον.

49. Τοῖς πονῆσι πὶ πλείον] Hoc sibi vult Gregorius: Nemo sibi imaginetur homines probos, qui se affligunt Divino incitati amore, omnesque voluptates rejiciunt, felicius hic vitam

tam

- Pellem missam facito : lupum inspice.  
 Noli verbis persuadere , sed rebus ipsis.
- 40 Odi doctrinas , vita quibus adversatur.  
 Colores ac picturas sepulchri laudans , odorem  
 Internum membrorum , quæ jam putruerunt , abominor.  
 Quonam hæc pacto dicuntur abs te ? & quid sunt ? qui fit , ut ,  
 Quum semper meliora quæque proferas , non etiam modo  
 bona verba proferas !
- 45 Dolentis est , adfectionem animi velut eructare , deque cor-  
 de promptam  
 Exhibere Deo , amicis , parentibus , vicinis , exteris ,  
 Atque etiam ad posteritatem.  
 Lubet autem hanc orationem paulo altius repetere.  
 Nemo umquam dixerit laborantibus , futurum , ut suis
- 50 Ex laboribus aliquem fructum percipiant. Fallitur , qui  
 hoc existimat,  
 Omnia nocte ac tenebris involuta fiunt.  
 Alios enim in luce collocat , alios in caligine Deus ,  
 Donec ignis extremus ille cuncta mortalium facta revelet.  
 Alius quidem vitam permolestam & ærumnosam exhaustit
- 55 Gemens , expers somni , membra lacrymis tabefaciens ,  
 Humi cubans ; cibo utens perexiguo ,

Solli-

tam degere , quam impios. Omnia in eadem  
 versantur obscuritate , iisdemquevolvuntur  
 tenebris: id est, eodem ignoto mortalibus fa-  
 to agitantur. Probus, malus, eadem fruuntur  
 forte. Πῶς hic κατ' ἔξοχον de probe viventibus  
 dicitur. Impatientius hæc a Gregorio prolata  
 sunt, velut Divinam accusante iustitiam, quod  
 piis hic plerumque male sit, impiis autem  
 bene; contra quam oportere fieri videtur. Sic  
 Carm. v. de calamitatibus suis querens ait:

Πῶς ἂν Χριστὸν ἀνὰ τὰ κακοῦς μογῶμαι με-  
 γάλῳσιν  
 Ὀνομάζων, &c.

Postea tamen respiciens orationem luculen-  
 tam scripsit, quæ XLII est, qua hoc argumen-  
 tum elegantissime tractavit, ostenditque futu-  
 ra bonis vitæ melioris præmia certa esse, &  
 æterna.

51. Ἄπαρ'] Non sat belle interpres sunt  
 posuit. Malim, feruntur, vel fiunt.

52. Τοὺς μὲν πυροῖ] τὸ πυρὸν hic pro in  
 luce collocare ab interprete accipitur, notione  
 minus usitata: alias enim candefacere, sive

ignire, vel igne etiam examinare significat.  
 Quare, quum priorem verum considero,  
 longe aliter ea mihi vox explicanda videtur;  
 & pro malis, ærumnis ve inflammare posita esse;  
 quemadmodum contra dolore, ira, &c. arde-  
 re dicimur. Sequitur enim proximo versu,  
 ἕως τὸ πῦρ ἀπάσῃ φωτίζει, seu potius φωτίζει  
 τῶν: ignis scilicet ille purgatorius, de quo su-  
 pra v. 11, ὁ πᾶν ἐδίψη. Sic & πύραυς v. 38.  
 de examine ignis, & infra in Variis, de explo-  
 ratione per ærumnas.

54. Ἄπαρ'] Se ipsum innuit. Quod ad  
 vitæ purioris austeritatem attinet, prævit  
 ipse suis, non secus ac docuit. Carm. 1, p. 12:

— Καρτερόντα κ' Ἰαλιουδαίαις,  
 Εὐχαῖς, στυγαμοῖς, δάκρυσι, χαμυνναῖς,  
 Γαστροῦ πικροῖς, ἀχραννῶν ἀσθησῶν,  
 Οὐμοῦ, γέλωτος, κείλων ἐνταξίῃ,  
 Τῆν σάρκα κοιμίζοντα πνευμάτιον κείπει.

Sic & D. Hieronymus ad Nepotianum de vita  
 clericorum, jejunia, vigiliis, elemosynas cum  
 chameuniis conjunxit.

56. Τροφή στυγερῶν'] Quæ Gregorio pa-  
 nis sic.

B

- Καὶ νῦν μερίμνας, ὅτι θεοπνεύτοις γραφαῖς,  
 Μάστιγι θ' αὐτὸν ταῖς ἔσω ξαίνων ἀεί.  
 Τί μοι παρῆται μὴ δέον; τί δ' ἔδρασα;  
 60 Ἀλλ' ὅτι τερπνὰ τῷ νέων ἐδρέψατο,  
 Ἐπαύξεν, ἥδε, γαστρός ἐπλησεν νόσον,  
 Πάσους ἐφῆκεν ἡδοναῖς, αἰοδήσει  
 Κλεῖθρ' ὅσα ἔθηκε, πᾶλ' ἠΐασι ἄπερ.  
 Κᾶπειτα τ' μὲν συμφοραὶ κατέδραμον.  
 65 Οὐ συμφοραὶ μὲν, ἔγ' ἀπέλειπ' σοφῶν  
 Τῶν δ' οἷάδ' ἔδεν, ὡς δοκεῖ τοῖς πλείουσιν,  
 Ὑφ' ὧν ὀλεῖται καὶ τὸ φαίνεσθαι σοφόν.  
 Ὁ δ' βύδρομῶν ἀπαντα, καὶ τὸδ' βύδρομει,  
 Κεράπιτος εἶναι πῶ ἀρετῶν νομίζετο.  
 70 Λόγος δὲ μαρτυρῶν αὐτὸς, ὅς λέγει ταῦτα.  
 Ἄνω κατήμυθόν με τῷ ὄραμένων,  
 Καὶ νῦν μόνους μινυῦντα τοῖς νοσμένοις,  
 Ρίψαντα δόξαν, κτήνη, ἐλπίδας, λόγους,  
 Τὸ μὴ τρυφᾶν τρυφῶντα, καὶ μάζη γενῆ  
 75 Βίον γλυκύνουθ', ὕβριος ἐλευθέρων.  
 (Ἡ πάντα δεῖ σε προσδοκᾶν, καὶ ἦς σοφός)  
 Παρ' ἐλπίδας πῶς τῷ καλῶν ἀποπάσας  
 Ἐκδημον ἤγαγε. Ὅστις, ὅσα ἔχω λέγειν.  
 Εἴτ' ἐν τῷ θεῖον πνεῦμα, εἴθ' ἀμαρτυρίαις,

Ως

nis ficcus cum sale pro pulmento, vel obso-  
 nio. Ita enim Carm. 1.

— Ἀυτὰρ ἐμοίγε

Μάστα φίλη, γλυκὺ δ' ὄψον ἄλλας.

— σκεδὴν δὲ τραπέζα

Νηφάλιον δ' ἐπὶ ταῖσιν ὕδωρ ποτόν.

ubi *νηφάλιον* ποτὸς sicut *νηφάλιοι θυρίαί*, quæ  
 Memoriar, Musis, Auroræ, &c. offerebantur,  
 solum aquam libando, ut est apud Scholia-  
 stam Sophoclis *Oed. Colon.* p. 274. ex Pole-  
 mon. Et *Carm. de vita sua* p. 12. a; ubi ad-  
 versarios loquentes inducit:

— Ἀρτόσις ἡμῶν φίλη,

Σοὶ δ' ἐντέλεια, καὶ τρυφὴ ἐσθὲν ἄλλας.

ita enim illic legendum pro vulg. *τρυφῆς ἐσθῶν*  
 ἄλλας. Tertullian. de cultu feminar. c. ix: *qui-*  
*dam ipsam Dei creaturam sibi interdiciunt, ab-*  
*stinentes vino, & animalibus exultantes; quo-*  
*rum fructus nulli periculo, aut sollicitudini ad-*  
*iacent: sed humilitatem animæ suæ in viciis*

quoque castigatione Deo immolans. Nota vero  
 ratio est. Basilii M. Serm. 11. de jejuniis:  
 ὅσοι ὑφαιρῶν τῆς σαρκὸς, τοσοῦτον ποίησις τῆς  
 πνευματικῆς ἐνεργίας τῆν ψυχῆν ἀπεστῆλαι.

58. Μάστιγι ταῖς ἔσω] Non puto sacræ fla-  
 gellationis jam tum cognitum usum, quem  
 nunc facer ordo sapientissime lascivienti populo  
 commendat. Gregorius autem noster doloris  
 cruciatibus, quos peccatorum conscientia ad-  
 hibebat, pro flagris usus est. *Cruciatia pectora*  
 dixit Aufonius in *Ephemeride*:

*Tacitum quum panitet, altaque sensus*

*Formido excruciat, tormenta que sera ge-*  
*henne*

*Anticipat, patiturque suos mens saucia*  
*manes.*

59. Τί μοι παρῆται μὴ δέον;] Sic Pythago-  
 ræi: Πῆ παρῆται; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ  
 ἐτελέσθη;

60. Ἀλλ' ὅτι τερπνὰ] *Carm. 1. de vita sua*:

Ως

Sollicita mentis occupatione divinis in literis versans;  
Semper denique flagris internis atterens sese; perpetuo  
repetens

Cum animo suo: quid abs me omissum est? quid feci, quod  
non oportuit?

60 Alius e diverso juveniles voluptates quasi decerpfit,  
Lusit, cecinit, gulæ morbo satisfecit,  
In omnes se voluptates immerfit, sensibus  
Pessulum nullum obdidit, pullo similis equino, qui fre-  
no caret.

Et tamen illum quidem calamitates obruerunt,  
65 Quæ calamitates non sunt. Nam attingere sapientes nequeunt,  
Quæcunque in hac vita eveniunt, ut plerique putant,  
Qui perfectum sapientem non ex opinione constituunt.  
Hic autem cunctis in rebus prospero successu utitur,  
(Siquidem hoc est prospero successu rerum uti)  
Et virtute præstantissimus esse videtur.

70 Huic orationi testimonio sum ego ipse, qui hæc dico.  
Quum supra res adspectabiles positus essem,  
Ac mente cum solis intellectibus versarer,  
Abjecta gloria, possessionibus, spe, doctrina,  
Delicias ex eo ipso capiens, quod delicias nullas sectarer:  
exiguoque pane

75 Contentus jucundam vitam agerem, ab omni petulantia liber,  
(Nihil non exspectandum tibi putato, tametsi sapiens sis)  
Præter omnem spem a bonis his abreptum me quispiam  
Longe abduxit. Et quis ille fuerit, non habeo dicere:  
Divinusne spiritus, an peccata mea:

Ut

Ὡς δ' ἐν νέων ἀκμῇ τε καὶ φορῷ τρώσους,  
Ἀλλ' ἂν σὺν ἄλλαις Φρυγίαις εἰστρομεμένων,  
Ὅτω διζήμεν ἡσυχον βίον, &c.  
63. Πάλλος ἠϊίας ἄτρε] Apud Ciceronem e-  
quorum domitores equuleorum effrenatam  
vim fame domare dicuntur: multo vero lasciviores  
sunt, & impotentiores, quum nullo  
continentur freno.

68. Ὁ δ' εὐδρομῶν ἀπαίλα,] Melius ver-  
teris: Hic autem, ut in rebus omnibus, ita & in  
hac prospero cursu fertur,

Virtute censetur esse præstantissimus,  
illa vero siquidem &c. In exemplari Græco  
non exstant. Forte legit Leunclavius, καὶ  
τὸ δ' εὐδρομῶν, sc. ἐστὶ.

71. Ἀνα καθήμενον] Carm. v.  
Πάντ' ἀμυδρῆς βίωτος ἀφύσγητος εἰς ἄλλα  
ρίδας  
Καὶ νοὸν ὑψιθεῖόντα τῇ διότῃ πελάζων  
Σαρκὸς νοσφιν εἴηκα. Λόγος δέ μοι ηγεμόνευς  
Πάντων μὲν κρατεῖν, πάντων δ' ὑπὲρ αἰ-  
θήρα τιμῶν  
Χρυσίως περιόρυσσον. Vide Orat. xxxiv.  
74. Τὸ μὴ τρυφῆν] Lege, τῆ μὴ τρυφῆν.  
77. Παρ' ἑλλοιδῆς τίς] Basilii: qui & antea,  
quum Gregorius in Pontum fugisset, ne Sa-  
simorum episcopus crearetur, eum tamen in  
suam patriſque sententiam pertraxerat.

79. Εἰδ' ἀμαρτανῶδες] Carm. i, de vita sua:  
B 2 Οὐκ

- 80 Ως ἂν δίκας πίσιμι τ' ἐπάροσως.  
 Τὸ δ' ἐν παρόδῳ, σύλλογί τε ποιμένων  
 Καὶ λαὸς ὀρθόδοξος, ἀλλ' ἔγω πλατῆς,  
 Ἄρτι παρὸς αὐγὰς ἡλίας μικρὸν βλέπων.  
 Ως ἂν ἴς ἔλθοι τὰ λόγῳ παρρησία,
- 85 Μικρόντ' ἀναπνεύσῃ τῷ κύκλῳ κακῶν,  
 Δάλωντε γλωσσῶν, καὶ πολυχιδῶς πλάτης,  
 Ὑφ' ὧν ἔκαμνον ὅσῃ ἔχοντες τι σκέπης.  
 Οἷόν τι περὶνὸν ἐν μέσῳ βάτων ῥόδου,  
 Ἡ' τις μέλαινα ῥάξ ἐν ἄρω βότρυι,
- 90 Οὕτω μὲν ἐν ἐπιπλήθον θύσεως ξένος,  
 Ὄρεοις τε καμφθεῖς, καὶ λιταῖς πολυτροπῆς,  
 Αἷς ἀντιδῶναι τῷ λίκῳ κακοφρόνων.  
 Ἐπεὶ δ' ἐπιπλήθον κατωάδοσαν γλυῦ λιπῶν,  
 Ἡ' πίστεως ἔρεσμα τοῖς πᾶσιν δοκεῖ,
- 95 Οὐ λαὸν, εἰδὲν τῷ ἀνασχέον ἐμοί.  
 Ταῦτ' ἔστιν ἐχθρῶν πλάσματα, ψευθεῖς λόγοι,  
 Φθόνος χαλύμματα ἀσφραγισμένα,  
 Ὑμᾶς ἔρεσθ' ἀπίλοιπα βύλομα.  
 Ὑμᾶς γὰρ ἐπεὶ μάστιγες μόχθων ἐμῶν,

T7

Οὐκ οἶδ' ἐμπυτῆ τὰς ἀμαρτίας πλέον,  
 Αἰ ποικίλ' ἀνὰ μετὰ πάλαι διδασκασί,  
 Μιμνήσκω, ὑπερξήσοις &c.

81. Σύλλογοί τε ποιμένων ] Carm. 1, p. 10:  
 τῆτοις, &c.

Ἐπεμψεν ἡμᾶς ἡ χάρις τῶ πνεύματος,  
 Ποικίλ' ἀνὰ μετὰ πάλαι διδασκασί, καὶ ἱερουργῶντων.

82. Καὶ λαὸς ὀρθός. ] Carm. 1:

Ψυχῆς τελείας τῷ λόγῳ τῆς πίστεως,  
 Λαὸν βραχύν μιν, τῷ θεῷ δὲ πλείονα,  
 Ὅς ἐκ ἀριθμῶν πλάθῃ, ἰδικὰ καρδίας.

Oratione vero xxxi non gregem illam fuif-  
 se ait, sed potius ποιμῆτος τι μικρὸν ἔχον, ἢ  
 λίκῳ ἀσφραγισμένῳ, καὶ ἀνεπίσκοπον, καὶ ἀ-  
 ριστον.

85. Τῶν κύκλων κακῶν ] Interpres legit τῶν  
 κύκλων κακῶν. Sed hic mihi κύκλοι circulos, seu  
 conventus Arianorum & Apollinaristarum si-  
 gnificare videntur. Alias enim τῶν ἐν κύκλῳ  
 κακῶν rectius foret: sed lex carminis τὸ ἐν hic  
 non admittit.

86. Δάλων τε γλωσσῶν ] Huc refer, quā  
 carmine de vita sua, ait:

--- Καὶ γὰρ ἐζητέον λόγους  
 Δάλων βοηθῶν τούτους λόγους τοῖς γρηγορίαις.

Ὡς μὴ ἐπαίρουθ' οἱ μαθόντες εὐδὲ ἐν,  
 Πλὴν τῆς ματαιίας καὶ κενῆς ἐγγλωσσῆς,  
 Τῆς ἐν ψόφοις τε καὶ λάρυγγι κειμένης,  
 Μῆτ' ἐνδοξομένη πλεκίαναις σοφισμάτων.  
 ubi οἱ λόφοι eloquentia, seu literæ politio-  
 res sunt profana, τῶν ἔξω· deinde:

Γλώσσαι δὲ λάβοι, καὶ πολυτροπῆς πλοκαί·  
 Ἐξ ὧν τὸν ἀπλοῦν οὐκ ἐπιτῆς πίστεως,  
 Ἴστοι τ' ἀράχης, σαφῆ δις ματῆρια,  
 Τὰ καύφα συνδεδεῖται, ἰσχυροῖς γέλοις,  
 Ἐμφοῖν, ἢ λιθοῖν ἐν στήθεσσι λόγοις.

Ibid. Πολυχιδῶς πλάτης ] Apollinarista-  
 rum, quorum errores Carm. 1 exponit,  
 quosque gregie contudit

Κακῶς φρονοῦσας ἐν πολυχιδῶς πλάτης.

88. Οἷόν τι ] Suavissima hæc est, & elegan-  
 tissima comparatio, qua nescio an delicatior,  
 venustiorve dari possit.

92. Αἷς ἀντιδῶναι ] Nescio, interpresne ita  
 verterit, an hypothetæ scripturam ejus assecuti  
 non sint. Corrige leviter; quibus adversari  
 hominis insolentis, seu potius, duri nimis ἐ-  
 perversis, fuisset. Κακίφρων hic est durus, im-  
 mitis, qui se flecti non patitur, nec exorari.  
 Sic Carm. 1 de vita sua.

E45

- 80 Ut elationis pœnas darem.  
 Hoc quidem manifestum est, impulisse me pastorum con-  
 ventus,  
 Et populum recte sentientem, qui tamen necdum amplius  
 & copiosus erat,  
 Recens adhuc consecutus, ut radios solis paululum intueretur.  
 Factum autem eo consilio, ut alia doctrina libertas acqui-  
 reretur,  
 85 Et nonnihil ecclesiæ ex illis malis respirarent, quæ undique  
 illas invaserant:  
 Nimirum a linguis ereptæ garrulis, erroreque multiplici.  
 Nam his rebus afflictabantur, quum præsidii nihil haberent:  
 Instar elegantis rosæ, quæ medio in senticeto sita est:  
 Vel tamquam acinus quispiam niger in uva necdum matura.  
 90 Quapropter hoc modo religiosus hospes adveni,  
 Obtestationibus sacris, & variis precibus permotus:  
 Quibus adversati tantum homines insolentes fuissent.  
 Ceterum postquam accessissem relicta Cappadocia,  
 Quæ fidei propugnaculum esse plerisque videtur,  
 95 Nequaquam deserto populo, cui aliqua necessitudine obli-  
 gatus essem:  
 (Nam illa sunt hostium meorum figmenta, falsique sermones,  
 Invidiæ quædam velamenta, ingeniose excogitata)  
 Quid porro factum sit, de vobis exquirere lubet.  
 Nam vos laborum meorum testes estis.

Quid

- Εὐς ἔκαμψαν· καὶ ᾗ ἦν δρυὸς μόνος  
 Ὁρήσις τοσοῦτος ἀντίδηται, καὶ λόγοις.  
 94 H<sup>o</sup> πίστει] Carm. de vita sua:  
 Καὶ ᾗ ἀνθίσταν πατεῖς,  
 Πίστι κρατούσα τῶν ὑφ' ἡλίον σχεδόν.  
 95. Οὐ λαν̄ &c.] Exponit hoc ipsum  
 Carm. de vita sua: ubi se numquam Saffimo-  
 rum Ecclesiam attigisse, nec ullum ibi sacrum  
 obtulisse refert, neque item paternæ post ejus  
 mortem, cui succenturiatus viventi fuerat,  
 gessisse curam, licet hoc sæpe rogaretur. v. su-  
 pra v. 17.  
 95. Οὐδὲν τῶν ἀναγκαίων] Id est, qui cum  
 nihil mihi erat negotii; quippe ejus nullam  
 susceperam curam. Id enim expressissimis ait  
 verbis Carm. 1 de vita sua:  
 Ὅν οὐτε κήρυγμα, οὐδ' ὑπόθεσις κρατῶ.  
 Et mox:  
 Τῆς μὲν δουλείης οὐδ' ὄλωσ' ἐκκλησίας

- Προσηνάμην, οὐδ' ἔβρον λατρίαν μιαν  
 Θιᾶ πάθεισι κείνῃ, ἢ συνύλασται λαῶ,  
 Ἡ χεῖρα δίδου κληρικῶν ἐνέγγε τῶ.  
 Et inde quidem Seleuciam se primum contu-  
 lit: unde Constantinopolin venit,  
 Πολλῶν καλοῦντων ποιμένων καὶ θεμιμά-  
 των.  
 96. Ψευδῆς λόγοι] Carmin. de vita sua.  
 Εἰπέην ἀνάκη, καὶν δὲν μακροχρονίῳ,  
 Τοῦ μὴ καθ' ἡμῶν ἰσχυροῦ ψευδῆς λόγου.  
 Οἱ ᾗ κακοὶ φιλοῦσιν, ἀνδράσιν κακῶς,  
 Εἰς τοὺς παθούσας ἐκτρέπει τὰς αἰτίας:  
 Ὡς αἱ κακῶσι καὶ πλείον τοῖς ψευδισμοῖς,  
 Ἀπτοὺς δ' ἐπικλύσασιν τῶν ἡκλημάτων.  
 97. Ἀστοχῆς] Interpres εὐστόχως legisse  
 videtur. Vertit enim ingeniose. Si tamen alte-  
 rum illud preferendum videbitur, verten-  
 dum erit, infelicitate; quod scilicet calumnia  
 nimis aperta, & inepta esset, in-re tam aosa.



- 100 Τί σχῆμα, ἢ πρῶσαντες, ἢ βλάβειν Φέρον,  
 Η' εἶπον, ἢ ἐπραξα τῆτ' ἐτ' ἄ τείτον;  
 Πλιῶ ἐν γε τῆτο, τῆδ' κακῶν ἐφεισάμην,  
 Ὡφ' ἂν λιθαθεῖς εἰσὶδα προοίμιον  
 Ἐχρετέρησα. καὶ γὰρ βίσεβέτερον
- 105 Παθόντα τὰ χριτῶ με ἔτω καὶ Φέρον.  
 Οῤα's, πένητες δια δαρῆνίαι θεῶ.  
 Καὶ τῆτο δ' ἐγκλημ', εἰ δοκεῖ, ποιῶμεθα.  
 Σῆς μὲν, πῆς εἶπεν, ὁτέων, ἀιοδηπικαὶ  
 Φρένες. τὸδ' ἐβροῖς τοῖς ἐμοῖς ἐγνώρισσα.
- 110 Τὸ χαλκῶν μοι σῶμα φροντίσιν τακῆν  
 Ἢδη νένευκεν· ἄλλο δὲναῖ δ' ὄκ ἐχω,  
 Πλείω χρεωτῶν, καὶ τὰ πάντων εἰσφέρω.  
 Τί ἂν παθοῖ πῆς συζυγίς σαθρῶ φίλω;  
 Ἀλλ' ἀνιτέον μοι πρὸς τ' ἐξ ἀρχῆς λόγον.
- 115 Κέκλημ' ἐπηξα λαὸν ἐν μέσῳ λύκων.  
 Ποίμνιῳ ἀνυδρον τοῖς λόγοις ἐπήγασα.  
 Ἐπειρα πῆσιν τῶ θεῶ ριζομένιῳ,  
 Τειάδ' ἐλαμψα τοῖς ὤριν ἐσκοτιζομένοις.  
 Ὅπως πῆς ἡμῶ, ἐν γάλακτι φάρμακον,
- 120 Πειθῆς βία· καὶ τὰς μὲν ἦδη δεξιμαῖς,

Τὰς

102. Τῶν κακῶν ἐφεισάμην] Cujus rei rationem reddens c. 1, ait;

Δύο γὰρ οὕτω καλά κερδαίνειν παρῆν.  
 Αὐτοὺς τε ποιῆν μετρίους τῶ μετρίῳ,  
 Ἡμῶς τε δοῦσαν, καὶ τὸ φίλτρον λαμβάνειν.

103. Ὡφ' ἂν λιθαθεῖς] concitata impia plebe ab adversariis Anti-Trinitariis. Sic Carm. de vita sua:

Πρῶτον μὲν ἐξέλιξε καθ' ἡμῶν ἡ πόλις  
 Ὡς εἰσαγῶνται ἀπὸ ἐνὸς πλείους θεούς.

& mox:

Λίθους παρήσω, τὴν ἐμὴν παιδαγωγίαν.

& c. v: Λαίμας κεφάδισσι βέβλημαι. Item c. x:

Λαῖς ἐμοῖ, κείνων δὲ τριῶν θεότης νεόπηκτος.  
 Τοίοις ἀπὸ λουὸς ξενισαμῶ ξενίοις.

item Carm. LVIII,

Ὁὐ μὴν πάμπαν ἀτρωῖσιν, ἐπὶν λάϊσιν  
 ἐδύχθη.

106. Πιθῆς οἶα δωρ.] Ita & in tetraſtichis:

Δῶρον θεῶ κάλλιστόν ἐστιν ὁ τρόπος.

Καὶν πάντ' ἀνέμης, οὐδὲν οἴσεις ἀξίου.

Ὅ καὶ πῆσιν δίδωσι, τούτο προσδωρ.

108. Σῆς μὲν, τις.] In distichis Jambicis:

Νοῦς ἐμῆριμνον ὅς τις βιβρώσκων ὁστέα.

& Carm. v:

Νοῦσιν τε στυγερῆ καὶ ἀργαλίαις μελιθόλαις

Τεχθέντ' ἐξαπίνης. Ἰὸς δὲ τε ἀνδρῶ μῆριμνα.

Ita enim illic legendum pro τεχθέντ', quod inpres natum vertit, quum labefactum rectius fuisset: vel, ut verius consulatur, fractum. v. hic vers. 557.

110. Τὸ χαλκῶν μοι.] Ita Carm. LX ad Diabolum: Σαφῆν ἐρισθένεισιν ἐνέλασ. Videtur enim ante hunc morbum corpore vegeto & firmo fuisse.

113. Συζυγίς σαθρῶ.] Ut illi, quos Mezentius apud Virgilium vivos mortuis alligabat, ut sic una putrescerent. Quamquam animus interire non potest, affici, corrumpique potest.

115. Κέκλημ' ἐπηξα.] Interpres legit, κικλημῆ. ἐπηξα. Ita Carm. LVII:

Ἐμπαγε μὴν ἀνέφηναι· καὶ ὡς κύκλον περὶ

κέντρον

Πάντας ἐπορευομένη ῥήμασιν ἐυσέβους.

& Carm. de vita sua:

Ἐπιμ.

- 100 Quid improbum, quid vobis contrarium, quid noxium  
 Vel verbis protuli, vel re designavi toto jam hoc triennio?  
 Unum licet excipias, quod malis pepercerim,  
 A quibus ingressu primo lapidatus  
 Hoc ipsum constanter toleravi. Nam religiosum imprimis  
 ac pium erat,
- 105 Quæ Christo acciderunt, eadem eodem animo pati.  
 Vides, qualia pauperes offerant Deo.  
 Hoc etiam, siquidem ita videtur, crimini mihi detur.  
 Vermen ossium habet, inquit ille, qui tristitia patitur.  
 Id verum esse, re ipsa per me declaratum est.
- 110 Corpus hoc meum aheneum curis maceratum, ac tabefactum,  
 Jam elanguit: & aliud, ejus loco quod dem, nullum habeo,  
 Plus debens quam dissolvere possim, etiamsi omnia omnium  
 bona numerem. (amico?)  
 Et quid obsecro pœnæ meretur, qui debili conjunctus est  
 Enimvero redeundum mihi ad id, de quo sum exorsus dicere:
- 115 Laborari: Populum in medio luporum collegi:  
 Gregi aqua carenti de meæ doctrinæ fonte potum præbui.  
 Feci sementem ejus fidei, quæ est in Deo fundata.  
 Trinitatis lumen illis patefeci, qui prius in caligine versa-  
 bantur.  
 Adeoque quasi coagululum quoddam eram in lacte, persuasionis
- 120 Vi cogentis pharmacum. Et alios quidem jam constrictos  
 tenebam:

Alii

Ἐπεμψεν ἡμᾶς ἡ χάρις τοῦ πνεύματος  
 καὶ βοήθους, καὶ λόγου συλλήπιόρας.

116. Πόσιμη ἀνδρῶν] Carm. de vita sua:  
 Ὡς ἀν καταλύζαιμιν ἐπιστάσι βοῇ  
 ψυχᾶς ἀνδρῶν.

Et post paulo:

Ὅς ἐστὶν ἐπιτήν, οὐδένος πεφρότῳ  
 τῶν συμφοροσύλων, τῷ παρόντι ἀποστρέχειν,  
 Ὡς τοὺς ἀνδρῶν ταῖς φανείσαις ἐκμάσι.

117. Ἐσπίρα πιστῶν] Elegantissime similitudinem hanc exsecutus est Carm. de vita sua:  
 Ἦδη γεωργῶν ἡμῶν ἐν τοῖς πλουσίοις.  
 Εἰ καὶ συνακτῶν οὐχ ὁμοῦ τευμῶν θήρος.  
 Τούτων μὲν ἤ ἀρετῆ τῶν ἀκαθάρτων ἡμῶν.  
 Οἱ δ' ἀμαλίξοντ'. εἰς δ' ἐβάλλετο σπάρθῳ,  
 Οἱ δ' ἐν γάλακτι τῶν δ' ἐπιτε γῆς ἡ Φυῆ.  
 Οἱ δ' ἐχλόαζον. οἱ δ' ἐδύμοισι στάχυς.  
 Οἱ δ' ἠδύροντο. οἱ δὲ λευκοὶ πρὸς θῆρῳ.

Ἄλλας τιν' εἶχε, τοὺς δὲ θημῶν τις φίλος.

Οἱ δ' ἐκκρίνοντο. οἱ δὲ τῶν σίτων ἴσα.

Οἱ δ' ἦσαν ἄετος, τῆς γεωργίας πύρα.

ubi notandum, herbas, seu frumenta, ἐν γάλακτι εἶναι dici, quum semen pullulans necdum suum germen in luminis oras extulit.

118. Τριῶν ἑλαμψα.] Hic Gregorii nostri consulatus est, & defensa adversus Catilinam patria. Sic Carm. LVII omne sibi decus ait;

Τῆς μεγάλης τριῶδος ζυῶν σίλας, ἢ ἀναφαιναν

Ἀχρὶ καὶ ἀποδαπῶν ἤλυθον ἰνπατιδῶν.

120. Πιθῶν βία] Carm. I, p. 19:

Τούτων τις ἢ οὕτως ἀκίνητῳ τότε,

Ὡς μὴ τὰ οὐς γε τοῖς ἐμοῖς κλίνειν λόγοις; &c. ubi egregie docet, quomodo & populus in concione instruentus, & adversarii leniter ac dialogo confutandi sint.

124. Τῷ

- Τὸς δ' ἐφ' ὧς εἶχον, οἱ δ' ἔμελλον ἀντίκα.  
 Πᾶσιν δὲ θυμὸς ἐκλίθη, τὸ πρὶν ζέων,  
 Καὶ Φίλτρον ἦδη τῷ λόγῳ συνεκράθη.  
 Ἐλπίς δὲ παντὸς, ἢ ῥοπή τις μετρία.
- 125 Ῥάμης τὸδ' οἶδεν ἄστυ τ' ὀδύχαιμον,  
 Καὶ τ' ἀλίιστα Φημί τὸ πρῶτον γένεον,  
 Οἱ μ' ἠξίωσαν ἢ λόγῳ τυχόν πνεον.  
 Παρ' οἷς πλέον ἢ μικρὸν θύκλειας ἔχων,  
 Ἡ πρῶτ' ἐν ἄλλοις πρὶς παντὸς Φέρων.
- 130 Καὶ γὰρ τοσούτων εἰσι πάντων κρείσσονες.  
 Οὗτοί με ἢ παρόντα εἶχον ἐν λόγῳ,  
 Καὶ νῦν ἀπόντος ἀπιπῶντα τὸς κακῆς.  
 Πλέον γὰρ ἔδεν εἶχον ἢ τὸ πρὸ δεξιῶν.  
 Οὐδ' αὐτὸς ἦταν ἔδεν. Ὡς πόλις, πόλις,
- 135 Ἴν' ἐκδοῦσθε καὶ τι ἢ τραγωδικόν·  
 Ἀλλ' οἱ καλοῖτε κάθαροὶ συμποῖμνες  
 Φθόνῳ βραγύντες, (ἴτε τὸς τραγωνίδας.  
 Οὐ γὰρ Φέρει παιδεύειν ἢ ἀρχοντία)  
 Καὶ τίω ἐμὸν λαβόντες ἐκγονοὶ πονῶν
- 140 Ἀρρωστίαν συνεργόν, ἣν ἀδείειδ' ἔδῃ  
 Τὸς καὶ τι μικρὸν τῷ θεῷ κεκμηκότας,  
 Τό, τε θρόνῳ τοσούτῃ μὴ σέργειν κρατῶν,  
 Κόσμε βραγύνειον ἐν μάχῃς μεταχίμῳ.  
 Ταῦτ' ἐν λαβόντες σὺν ῥοπή τῷ δαίμονι

Πρῶ-

124. Τῷ λόγῳ συνεκράθη.] Itain v. c. reposui, συνεκράθη. mox malim, καὶ ῥοπή τις μετρία.

125. Ῥάμης τὸδ' οἶδεν.] Carmine de vita sua:

Ῥάμης νεοεργῆς, ἐν γενεῇ ἄλλοις ἔδος,

Κωνσταντίνου πόλις τε, καὶ στήλη κράτους, ὅπου κρείσσονος principem significat, ut eodem Carm. ἀρχὴ καὶ ἡμᾶς, πρὸς δὲ τὸ κράτος λιταῖς.

Aliquanto post:

Δὴ μὲν αὐτὸ δίδωκεν ἡλίου φύσις,

Δις τῶν δὲ Ῥάμης, τῆς ὅλης οἰκουμένης

λαμπτήρας, ἀρχαῖον τε καὶ νῦν κράτος, &c.

Et Carm. xii: Ὁ πλοστέρα Ῥάμης, &c.

Ἐπέτρῳ τῷ Ἀρχηγῷ τῆς Μασσαλιαῶν, ἧτοι Ἐυκοπετριανῷ, καὶ Φουνδαϊαῶν, καὶ Βορομίλων αἰρέσεως, τῷ Χειρὶν ἑαυτὸν ἄποκαλέσαντι, καὶ μὲν θάνατον ἀναστήσεσθαι ἐπαγγελιαμένῳ, Ἐυκοπέτρῳ δὲ ἄλλο τῆτο ἐπινομασθέντι, ὅτι λίθοις δικαίως ἄλλο τὰς ἀπίστευαυτῶ μαθηταίας καταχωαθεὶς ὑπέχετο μὲν τρεῖς ἡμέρας τοῖς ποτηροῖς αὐτῶ συμμύταις ἀναστήσεσθαι, καὶ παροχρηθῆναι αὐτοῖς τῷ βδελυρῷ αὐτῶ λειψάνῳ μὲν τρεῖς ἡμέρας ὡς λύκος ἐν αὐτῶ δάμιμον ἐφάνη τῆς σαρῶ τῶν λίθων ἐξερχόμενῳ, Ἀνάθεμα.

## Ἀναθεματισμὸς β΄.

Ἐ Τυχηῷ τῷ τῆτο συμμύτῳ, καὶ μαθητῇ, τῷ τοῖς ἑτέροις μὲν θείας γραφῶς ἀφθεύσαντι, καὶ παρερμηνεύσαντι, κατ' ἐξαιρέτην δὲ ἅπαν τὸ χτ' Μαθητῶν Εὐαγγελίον, καὶ πάσας τοῖς τοῖς τῶ Θεῶ καὶ πατρός, ἐπὶ δὲ καὶ τοῖς τῶ ἀγία Πνεύματι ῥήσις εἰς τὸν πνευματικὸν αὐτοῦ πατέρα παρερμηνεύσαντι, καὶ ἔπω τὴν τῶ Θεῶ δόξαν τοῖς τῶ τῆς βδελυρῶς αὐτῶ αἰρέσεως ἀρχηγούς μετελκύσαντι, Ἀνάθεμα.

## Ἀναθεματισμὸς γ΄.

Ἐ Δαδῶν, καὶ Σάββα, καὶ Ἀδελφειῶ, καὶ Ἐρμῶ, καὶ Συμεῶν, καὶ τοῖς ἄλλοις.

1. Πέτρῳ] singularis & valde notabilis est hic locus de Petro, sive Lycopetro, hæreticos Massalianorum primo auctore, utpote cuius nec apud S. Epiphanium in Panario omnium hæresium, nec apud Photium in Bibliotheca ipsius codice quinquagesimo secundo, nec apud Harmenopulum in libro de sectis, nec apud alios antiquos, vel recentes auctores, quos de Massalianorum hæresi consului, ulla fit mentio. LAMBECIUS.

2. Ἐυκοπετριανῷ] Notabilis locus de Lycopetrianis, & Phundaiatis, sive, ut supra legitur, Phundaitis hæreticis. LAMBECIUS.

3. Φουνδαϊαῶν] pro Φουνδαϊατῶν legitur supra in eodem codice Φουνδαϊατῶν. LAMBECIUS.

4. Τυχηῷ] notabilis locus de Tychico, Lyco-Petri hæresiarchæ discipulo, & de Evangelii S. Matthæi per illum falsatione. LAMBECIUS.

5. Δαδῶν] Hujus Dada, & Saba, & Adelphei, & Symeonis fit etiam mentio apud Photium in Bibliotheca ipsius codice LII, ubi agitur de Synodo Sidetana contra Massalianos celebrata. Notandum tamen est, Mas-

salianos ibi vocari & Μασσαλιανούς; & Symeonem perperam ibidem appellari Σημοσῶν. LAMBECIUS.

6. Ἀδελφειῶ] Hujus Adelphei meminit Euthymius in Panoplia sua nominatim his verbis: ταύτης ἐγένοντο τῆς αἰρέσεως ἀρχηγοὶ μὲν καὶ ἄλλοι, ἐπὶ δὲ καὶ Ἀδελφοῦ, ὃν Φλαβιανὸς εἰς τὴν Ἀντιοχείαν μετακαλεσάμενῳ, &c. Vide etiam Card. Baronii Annal. Eccles. Tom. IV, an. 383, pag. 491. edition. Plantiniana. LAMBECIUS.

Ibid. Δαδῶν καὶ Σάββα &c.] Theodoretus I. IV, c. X, Eccl. Hist. ταύτης ἐγένοντο τῆς αἰρέσεως ἀρχηγοὶ Δαδῶν τε, (qui male Λαυδῶν lib. IV, c. XI Hæret. fabb. tam in contextu Græco, quam in versione appellatur) καὶ Σάββα, καὶ Ἀδελφοῦ, καὶ Ἐρμῶ, καὶ Συμεῶν, καὶ ἄλλοι πρὸς τότε, &c. Hæresis autem hujus principes fuerunt Dadaes, & Sabbas, & Adelpheus, & Hermas, & Symeones, & alii præterea, &c.

Idem Theodoretus vocem Σάββα lingua Parthæorum, sive Osroenorum, senem significare ait, in Juliano, sive Religioisæ historisæ c. II; atque id honoris nomen esse.

Ibid.

## Anathematismus I.

Petro *Massalianorum*, sive *Lucopetrianorum* (qui & *Phundaita*, & *Bogomili* dicti) hæreseos antesignano, qui se ipse Christum appellavit, & post obitum resurrecturum promisit, eaque propter *Lucopetrus* cognominatus fuit, quod, quum summo jure ob infinitas imposturas lapidibus obrutus esset, pessimis symmystis ejus, qui abominabili hujus cadaveri eam, quam post triduum ipsis pollicitus fuerat, resurrectionem expectantes assidebant, malus dæmon lupi specie acervo lapidum egredi visus sit, Anathema.

## Anathematismus II.

Tychico ipsius symmystæ & discipulo, qui cum ceteras S. Scripturas corruptit, praveque interpretatus est, tum præcipue universum secundum Matthæum Evangelium, quique omnes de Deo patre, atque etiam de Spiritu S. sententias, sive dicta, ad spiritualement suum patrem traxit, & explicuit, & hoc pacto Dei gloriam in abominandæ suæ sectæ auctores transtulit, Anathema.

## Anathematismus III.

Dadox, & Sabæ, & Adelphio, & Hermæ, & Symconi, ceterisque

Ibid. A' διλησῶ] sive A' δελφῶ. Exstat apud Theodoretum lib. 14 Hist. Eccl. c. x, non inutilis narratio, qua arte, & quibus blanditiis Adelphius hic per benivolentiam speciem ab Antiocheno Patriarcha Flaviano circumventus semet ipse, suasque opiniones prodiderit. Operæ pretium mihi videtur eandem hic describere, ut aliis exemplo sit: Φλαβιανὸς δὲ ὁ πολυτρόλῳ τῆς Ἀντιοχείας Ἀρχιερεὺς ἐν Ἐδίῳ τῆς Ἀλεξάνδρειας μαθὼν, τὸν οἰκίον τοῖς πελάξεσιν ἐγγρημπίομενος ἰόν, συμμοσίαν Μοναχῶν ὡπερτείας, ἠγάγετε εἰς τὴν Ἀντιόχειαν, καὶ τὴν νόσον ἐξακουμένους τοῖς τὸν τρόπον διηλιγθε. Τὸς μὲν ἦν καθ' ἑαυτοὺς ἴσθη συκοφαντεῖν, καὶ τὸς μάλιστα ψευδοῦσα. Τὸν δὲ Ἀδελφίον ἄγαν ὄντα προσβύτην ἠπίως καλέσας, καὶ πλοσίον κατιδοῦναι κελύσας, ἡμεῖς, ἴσθη, ὃ προσβύτα, τὸν πλείον βεβαιωκότις βίον ἀκριβέστερον καὶ τὴν ἀνθρωπείαν ἰμαδοῦναι φύσιν, καὶ τὰ τῶν ἀντιπάλων δαιμόνων ἐγγραφομηχανήματα, πέρα δὲ καὶ τὴν τῆς χάριτος ἐδιδάχθημεν χορηγίαν. Οὗτοι δὲ νῆοι ὄντες, καὶ τῶν ἑνὲν ἀκριβῶς ἐπιστάτη, πνευματικωτέρων ἐπακῶσα λόγων ἢ φήσιν. Τοιγαρτοῖς ἐπιτέ μοι, ὅπως φατέ καὶ τὸ πνεῦμα τὸ εὐαγγέλιον ἰσοχρησῆν, καὶ τῷ παναγίῳ πνεύματι τὴν χάριν ἐπιφοῖσάν. Τέτοις ὁ προσβύτης οὐκ

τοῖς λόγοις καταδελχθεῖς ἐξήμισεν ἅπαντα τὸν κεκρυμμένον ἰόν, καὶ ἴσθη, Μηδμίαν μὲν ἐν τῷ θεῷ βαπτίσματι ἀφίλειαν τοῖς ἀξιομένους γινάσθαι. μόνον δὲ τὴν σπαδαίαν εὐχὴν τὸν δαιμόνα τὸν ἰνοικον ἐξελάσεν. ἔλκεν ἦν ἕκαστον τῶν τιθεμένων ἔλεγειν ἐν τῷ ἀσπύατορ ὡσπερ τὴν φύσιν, ὅταν δὲ καὶ τὴν τῶν δαιμόνων δολείαν. Τέτοις δὲ ἰσθη τῆς σπαδαίας ἐλαυνομένην εὐχὴν, ἐπιφοῖτ᾽ αἰσθη τὸ παναγίον πνεῦμα, ἀισθησῶν καὶ ἐρατῶς τὴν οἰκίαν παρυσίαν σημάτιον, τότε σῶμα τῆς τῶν πατρῶν κινήσιος ἐλευθερῆν, καὶ τὴν ψυχὴν τῆς ἐπὶ τὰ χεῖρα ῥόπης πασιελῶς ἀπαλάττον, αἰς μικροῖς δόδοις λοιπὸν μῆτε νηστίας πιεζύσης τὸ σῶμα, μῆτε διδασκαλίας χαλινοσύνης, καὶ βαίνειν ἑτακτα παιδεύσης. Οὐ μόνον δὲ ὁ τότε τετυχηκῶς τῶν τῷ σῶματι ἀπαλάττεται σκιρτημάτων, ἀλλὰ καὶ σαφῶς τὰ μέγιστα ὡσπερ, καὶ τὴν τριάδα τὴν θεῖαν τοῖς ἀφθαλμοῖς θεωρεῖ.

Οὕτως ὁ θεῷ Φλαβιανὸς τὴν δυσάδη δολοφίας πηγήν, καὶ γυμνώσθαι παρασκευάσας τὰ νάματα, ὡς τοῖς δύσηνοι ἴσθη προσβύτην: πεταλαιαμένε ἡμερῶν κακῶν, ἐλιγξα σε τὸ σὸν σῶμα, καὶ ἐκ ἐγώ, τὰ δὲ χεῖλη σε καταμαρτυροῦσα σε. δῆλος δὲ ταύτης τῆς νόσου γυμνημένης, τῆς μὲν Σουρίας ἐξελάθησαν, εἰς δὲ

ἄλλοις, οἱ τὸν ἰὸν τῆς τοιαύτης αἰρέσεως ἐξεμέσαντες, καὶ τοὺς ἀρρο-  
κοτέρως τῶν ἀνθρώπων, ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας, ἐξαπατήσαντες,  
ὡς τὸ τῆς ἀπολείας κατέσπασαν βάρβαρον, Ἀνάθεμα.

Ἀναθεματισμὸς δ'.

Τοῖς λέγουσι πλὴν τῆς ἀγίας καὶ ζωαρχικῆς τριάδος, ἦρουν τῶν  
Θεῶν καὶ Πατρὸς τῶν σαρκωθέντων λόγου, καὶ ἡσὶ τῶν Θεῶν τῶν κυρίως  
ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῶν παναγίων Πνεύματος, ἐτέραν τιὰ εἶναι  
τριάδα, ἢ καὶ ὑπερκειμένην ἐξουσίαν, τὴν τῶν ὑπερτάτων τῶν ἐπιτὰ  
οὐρανοῦ Ὀπτικημένην, καὶ τὴν βδελυρὰν ἰ ψευδεπίγραφον παρ' ἀ-  
πίστους τῶν Ἡσαΐας Ὄρασον, Ἀνάθεμα.

Ἀναθεματισμὸς ε'.

Τοῖς παρεισάγουσι ἐτέρας γραφὰς, ἢ πᾶς ὑπὸ τοῦ ἀγίου Πνεύματος,  
καὶ ὡς τῶν ἀγίων πατέρων ἡμῶν ὁδοθεΐσας, ἀνάθεμα.

Ἀναθ. ς'.

Τοῖς λέγουσι, ὡς ὁ ἐν κυρίῳ γὰμ, καὶ ἡ καὶ Θεὸν κρεοφα-  
γία

τὴν Πανφυλίαν ἐχώρησαν, καὶ ταύτην τῆς  
λαῶν ἐπέλησαν. Id est: Flavianus quoque  
celeberrimus Pontifex Antiochenus, cum hos  
Edessa versari, venenumque suum vicinis in-  
stillare didicisset, missa \* Monachorum tur-  
ba Antiochiam eos pertraxit, morbumque,  
quo laborabant, inficiantes hoc modo revicit:  
\* Calumniari nempe accusatores, & mentiri  
testes, dixit; Adelpiumque atate grandævum  
benigne ad se vocans, & prope adsidere ju-  
bens, Nos, inquit, o senex, qui vitam lon-  
gius produximus, cum humanam naturam ex-  
actius novimus, tum adversantium demonum  
conatus perspectos habemus, usque ipso  
gratiae dona edocti sumus. Isti vero juniores  
cum sint, & horum accurate nihil norint,  
spirituales audire sermones non sustinent. Qua-  
propter expone mihi, qua ratione affirmit-  
tis, & contrarium spiritum recedere, & Spi-  
ritus Sancti gratiam advenire. His verbis se-  
nex ille delirius latens venenum totum evo-  
muit, dicens; sacrum baptismum nullam iis,  
qui eum consequuntur, utilitatem asserre,  
sed sola sedula oratione inhabitantem demo-  
nem expelli. Omnes enim, qui eduntur in  
lucem, ex primo parente trahere ajebat  
quemadmodum naturam, sic & demonum  
servitutem. His autem per sedulas preces  
fugatis advenire deinceps Spiritum Sanctum,

praesentiaque sua sensibus & oculis significa-  
tionem dare: tum corpus perturbationum  
motibus liberando, tum animam ab inclina-  
tione ad deteriora penitus avocando: ita ut  
nec jejuni jam opus sit corpus coercente,  
nec doctrina refranante, & ad modum ordi-  
nemque instituyente. Nec protervis solum  
corporis motibus eximi, qui hunc adeptus  
sit, sed futura etiam aperte praevidere, & di-  
vinam Trinitatem oculis contemplari.

Perfesso ad hunc modum foetido fonte,  
aquisque impietatis elicitis, miserum senem sic  
affatus est Flavianus: \* Inveterate dierum  
malorum, ipsum te os tuum coarguat, non  
ego; & labia tua contra te testimonium di-  
cant. Itaque haeresi patefacta, Syriamque ex-  
pulsus in Pamphyliam concesserunt, eamque hac  
peste impleverunt.

\* Animadvertendum hic Flavianum illud  
sine militibus, aut Praesidis provinciae cogniti-  
one, sua Episcopali auctoritate factitasse: unde  
liquet, quae potestas tum temporis Episco-  
porum fuerit reducendi vi aberrantes a recta  
fide in viam, (quod hic defectu draconario-  
rum non factum) vel e provincia expellen-  
di, ne contagio ipsorum integri laedantur,  
itaque contacta livorem ducat ab una.

\* Quod porro accusatores mentiri dixit Fla-  
vianus, quo facilius Adelpium deciperet, non  
hoc

que aliis, qui hæreseos hujus venenum evomuerunt, simplicisque homines cum viros, tum mulieres deceperunt, atque ita in pernicii barathrum præcipitaverunt, Anathema.

Anathematismus I V.

Iis, qui dicunt, præter sanctam, & salutiferam Trinitatem, Dei scilicet Patris Verbi, quod caro factum est, Filiique Dei & Domini nostri Jesu Christi, & Spiritus Sancti, aliam quandam esse Trinitatem, vel etiam superiorem potentiam, in supremo septem caelorum caelo sedem suam habentem, secundum execrandam, & falso ab ipsis Esaiæ tributam, ac inscriptam Visionem, Anathema.

Anath. V.

Iis, qui alias introducunt scripturas, seu libros sacros, quam quos Spiritus Sanctus pronuntiavit, & sancti nobis patres tradidere, Anathema.

Anath. V I.

Iis, qui dicunt, nuptias, quæ in nomine Domini contrahuntur,

hoc mendacium est; (Hercules tuam fidem!) sed pia fraus; cujusmodi illa medici scapellum spongia occultantis, ut extimescentis ferrum puellæ regis in mamma ulcus aperiret. Longe aliud quid veteratoria calliditas est. Hæc prudentia est, quam nobis Servator imperat; Estote prudentes, sicut serpentes, & simplices sicut columba.

\* Tandem infinitis partibus pejor est ac detestabilior hic error, quam vel turpissimum adulterium, vel peccatum a Casa tantopere laudatum, prædicatumque. Hæc enim cupiditatis labes est: illa rationis corruptela.

1. Πευδεπίγραφον τὸ Ἡσαΐαι ἔρασι] Multa istiusmodi conficta olim fuere scripta; cujusmodi mihi in Casarea Vindobonensi Bibliotheca visa Vita Moysis; qualis & Enochii liber, delirique alia Judæorum & Christianorum; de quibus consulendi Pseudepigraphorum Refutatores, & Critici Sacri, Bellarminus, Rivetus, Dalæus, &c.

2. Παρεσάρχοσι ἑτέρας γραφῆς] cujusmodi erant ὁ ἀσκητικός, de quo supra, qui Massalianorum dogmata continebat. Unaquæque namque ferme hæresis suos habebat libros, & scriptores. Sic Ebionitæ Evangelium Matthæi Hebraicum, quod D. Hieronymus in Latinum sermonem vertit: Basilidiani Evangelium Basilidis, Tatianus & Encratitæ Evangelium Ἀποτοσίμων, &c.

3 ὁ ἐν κυρίῳ γάμο] abstinere namque se a mulierum jactabant consuetudine ἐν

car-  
ἀγνείᾳ ὄντες, καὶ ἐν ἐγκρατείᾳ, non secus ac Essænos fecisse Philo docet. Unde, quum ἐπιταυτὸ κοινῇ τὸ κοιτάζεν εἶχον ἅμα γυναῖξί καὶ ἀνδράσι, (χοίρων δὲ τὸ τοῖστον εἶδον, καὶ ἀνῶν ἢ τοιαύτη συνάφεια) εἰς ἐκπλήξην ἡμῶν, inquit Epiphanius, ἀνασκάζουσιν φέρειν, ἐπαγγελιομένον αὐτὸν ὡς γυναῖκας συνάφειαν μὴ ἔχειν, τὴν αὐτῶν μᾶλλον τῆν χλευῖν ἀπεργαζόμενοι, καὶ τὴν τέλειον αὐτῶν ἐνδεκνύμενοι αἰχρῶν.

Ibid. ὁ ἐν κυρίῳ γάμο] in hoc cum Electis Manichæorum consenserunt. Attamen sicut nec hi, teste Augustino de moribus Manichæorum, ingenitam humanæ naturæ in venerem propensionem vincere potuerunt, ita nec Massaliani: estque elegans illa apud Photium de Lampetio Presbytero (unde Lampetiani dicti) narratio, qui virgunculam amplexus os ejus fuisse suaviatum, item diaconissam quandam Hierosolymis familiaris cognovisse accusabatur; tum & morbi medelam petentibus, pulchram puellam prius adducerent justisse: ita demum se sacerum ipsis oleum impertiturum. Atqui hæc virtutum exempla si ignoraremus, quanta venustas ecclesiasticis abesset scriptoribus? Ergo hæc tristioris severiorisque historiarum quedam quasi condimenta sunt.

4. Κρεοφαγία] ex Pythagoræ sententia, qui abstinentiam ab animalibus docuit. Cui non dicitur Hylas? vide & quæ postea de Manichæis dicentur.

γία, βδελυκτοὶ εἰσι τῷ Θεῷ, καὶ διὰ τούτου ἀμφοτέρω ἀνατρέψουσιν, ἀνάθεμα.

Ἀναθ. ζ'.

Τοῖς τὰς ᾠδαδοθείσας ἡμῖν ἑυχὰς π' καὶ ὑμνωδίας, πρώτῃ μὲν ᾠδῇ τῶν θείων ἀποστόλων, πληροῦσθε γάρ, Φισί ἐν πνεύματι λαλοῦντες, ἑαυτοῖς ψαλμοὺς, καὶ ὕμνους, καὶ ᾠδαὶς πνευματικῆς. ἔπειτα δὲ καὶ καθεξῆς ᾠδῇ τῶν θείων καὶ μακαριῶν Ἐκκλησίας πατρῶν καὶ διδασκάλων. τοῖς ἔν ταύταις πάσαις ὡς βασιτολογίας ἀνατρέψουσιν, καὶ ἀθβάλλουσιν. ἐν δὲ τῆς ἑξῆς ἀπο τῶν Θεῶν ἀθβάσεως, μόνον ὁ Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς ἔρχοις, μετὰ τῆς εἰς γῆν κατακλίσεως ἐκπαυδεύσων ὁ ποιῆσθαι ἀνευ τῆς δεσποτικῆς σημείω τῶν παρῶν τρυφικῆς ἐκτυπώσεως, προφάσει μὲν, ὡς τῆς δεσποτικῆς ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τὴν ποιαύτιον εὐχὴν ᾠδαδόντος, τῇ δ' ἀληθείᾳ, ὅτι κλήσει τὰ βδελυρῆ αὐτῶν πάλιν τῶ σατανᾶ τῆς γῆς χάριν καὶ τὴν τρυφικὴν σημείωσιν ἀποβάλλουσι, καὶ τὸ ᾠδῇ τῶν θείων Φωτῆρων καὶ τῆς Ἐκκλησίας καθεξηλῶν ὡς περὶ ἀκροτελεύτιον ὅπι φάνημα, εἰς δόξαν τῆς ὁμοσιῆς καὶ ἀδιαρέτης τριάδος, τὸ ὅτι σὺ εἶσι ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δόξα τῶ Πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τῶ ἀγίου Πνεύματος, ἔδὲ ἀκῆσαι ἀνέχον. τοῖς ἔν ταύταις φρονῶσι καὶ διδάσκουσι, καὶ ἀλλοι τέλος τῆς ἑαυτῶν πνευρᾶ ὁ εἰσάσει ἐμμένουσιν, ἀνάθεμα.

Ἀναθ. η'.

Τοῖς τοῖς ἐκκλησιαῖς συνάξεις βδελυτομένοις, καὶ ἐν ἰδιάξει τοῖς ποικίς φρουκαθημένοις, καὶ διδάσκουσι, προφάσει μὲν ἡσυχίας χαλεπῆ, τῇ δ' ἀληθείᾳ ὅτι τῶ τῆς βεβήλας αὐτῶν πλάτης ἀνεξέλεγκτα μένειν,

1. Εὐχὰς καὶ ὑμνωδίας] quas & Paulus Samofatenus rejecit; ut est apud Euseb. l. vii Eccl. Hist. c. xxx, in epistola Synodica Antiochena: ψαλμοὺς δὲ τὰς μὲν εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παύσας, ὡς δὲ νεωτέρους, καὶ πατρίων ἀνδρῶν συγγράμματα: Cantica quoque & hymnos in honorem domini nostri Jesu factos abrogavit, tamquam novitios, & a puperis hominibus compositos.

2. Καὶ ὑμνωδίας] Photius de Lampetio: καὶ ὅτι τὰς τὰς ἄρας ψάλλοντας ἐξοικονομῆσαι, καὶ διίστασαι, ὡς ὑπὸ νόμον ἐπιτοχάροντας. Καὶ ἄλλα αὐτῶ ἀθήματα διεβέβητο, ὅ τῶις Μισσαλινοῖς καὶ ποιῆται, καὶ λέγεται: Tum & horas cantantes irrississe: namque ad-

umco suspendisse, velut adhuc sub lege existentes, nec non alia multa commississe arguebatur, qua ab Massalianis fieri, dicitur solent.

3. Βασιτολογίας] sine dubio litanie hic designantur, quae ab haereticis, & Catholicae religionis elegantias irridentibus, pro meris & fatuis battologiis habentur. O insanos homines, & a vero Divinitatis sensu remotos!

4. Ἀπὸ τῶν Θεῶν διαβάσεως] non satis, quid hic auctor sibi velit, capio; nisi si haereticorum ad Deum per preces & sacra aditum διαβάσεως potius appellandam innuere vult, quam ᾠδαδοθῶν καὶ κοινωμάτων.

5. Εἰς γῆν κατακλίσεως] qui prolapsus totius

carniumque usum a Deo permissarum, Deo abominabilia esse, illaque propterea rejiciunt, & condemnant, Anathema.

Anath. VII.

Iis, qui traditas nobis preces, & cantiones sacras, ac primum quidem ab SS. Apostolis imperatas, (ut, quum D. Paulus ait: *Implemini spiritu, loquentes invicem in Psalmis, hymnis, & cantionibus spiritualibus*;) tum & quæ deinceps a divinis, beatisque Ecclesiæ patribus & doctoribus relictae sunt: his, inquam, qui eas omnes, ut futilem ac inanem repetita invocationis loquacitatem rejiciunt, & culpant: in principio autem suæ a Deo discessionis solummodo, *Pater noster, qui es in calis*, cum adoratione orare docent, absque dominico figuræ crucis in facie signaculo; dominum nostrum Jesum Christum orationem istam nobis tradidisse prætexentes; revera autem, ut execrandum patrem suum satanam invocent: (hujus enim gratia a S. crucis signaculo abhorrent, & illud a divinis ecclesiæ luminibus ac ducibus additum extremum, quod orationi dominicæ in gloriam consubstantialis, & individuae Trinitatis in precando subjicitur corollarium, *quia tuum est regnum, & potentia, & gloria, patris, & filii, & Spiritus Sancti*, ne audire quidem sustinent:;) Iis igitur, qui ita sentiunt, ac docent, & ad finem usque in istiusmodi prava inficitatione perseverant, Anathema.

Anath. VIII.

Iis, qui conventus in ecclesiis averfantur, & in privatis locis præfident, docentque, specie quidem majoris quietis causa, reapse autem, ut profani eorum erroris dogmata redargui nequeant, sed ignobilia de-

totius corporis est in terram: sicut Christus patrem suum adorasse legitur Matth. xxvi, 39. Alias etiam in terra confedisse precantes videri possint. Nam, ut Tertullianus ait de Oratione c. xii: *quidam adsignata oratione adslebant*. Et hæc proprie est *εἰς τὴν κατάκλισιν*.

6. *ποιεῖσθαι*] nescio an rectum sit. Si rectum, *ποιεῖσθαι τὸ πᾶτερ ἡμῶν* eodem modo dici existimandum est, ut *ποιεῖσθαι λόγον, verba facere*. mox legam, *ὡς τῷ προσώπῳ*.

7. *Ἐπικληθεῖ*] ita v. c. reposui, *ἐπὶ κλήσει*: i. e. *ad invocationem*: vel, *ut invocent*.

8. *Προσεδὴν ἀκροτελεύτιον*] multa olim istiusmodi ad dignoscendos hæreticos a Catholicis addita: ut vel ex Auctore commentarioli in Symbolum Apostolicum inter D. Cypriani opera constat: quæ postea Catholica Ecclesia abrogavit; sicut & nunc parti-

cula quoque illa, seu clausula Orationis Dominicæ, *Quia tuum est regnum &c.* de qua mox, apud Catholicos omitti solet, licet ab ipso Matthæo cap. vi tradita; efficacius existimantes ad liberationem a malo signaculum S. Crucis, quo se muniunt, ac satanam abigunt.

9. *Ἐνστάσει*] *ἔνστασις* hic contumax est adversus veritatem repugnantia: seu, pertinacia in errore, & corrupta de sacris sententia. Mox enim *πλάνη* vocat.

10. *Ἐν ἐκκλησίαις συνάξει*] Conquesti sunt ea de re jam ipsi statim Apostoli, & in primis Auctor epistolæ ad Hebræos, Ignatius deinde, Polycarpus, & alii.

11. *Ἡσυχίας χάριν*] Jam tum fuere Quietistæ, & qui loca sola peterent, quo liberrime & attentiore animo cum Deo loquerentur. Possint & D. Augustini huc referri *soliloquia*: sed horum alia ratio est.

νειν, καὶ ἀδιάγνωστα, ἵν' ἔσται ἐν ᾧ βούβη τ' ὄλον ἰὸν τῆς αὐτῶν αἰρέσεως τοῖς ὑπ' αὐτῶν πλαηθεῖσι ἐκλεῶσι, τῷ τοῖς πᾶσι ἀχει τέλει τῇ τοιαύτῃ πλάνῃ ἐμμένον, ἀνάθεμα.

Α'ναθ. θ'.

Τοῖς τοῖς εἰς δόξαν Θεῶν ᾧ δοθεῖσας ἡμῖν ᾧ τῶν ἀγίων Ἀποστόλων ἑκκλησίας οἰκοδομεῖσθαι ὡς ἔργα χειρῶν ἀφβάλλουσιν, καὶ καποικητήριον δαιμονίων τοιαύτας λέγουσι, καὶ ἔσται ὁδῶ βαδίζουσιν ἀκολύτως, καὶ τὴν τῶν θείων καὶ ἱερῶν εἰκόνων σεπτήν ἀνατήλωσιν, καὶ τὴν τῶν πμῶν, καὶ προσκύνουσιν ἀνατρέψουσιν, ὡς ὅπως διεφθαρμένοι καὶ σεσηπόσι μέλουσιν, ἀνάθεμα.

Α'ναθ. ι'.

Τοῖς ἀπειθεῖσιν ἐπ' ἀνατροπὴν τῆς κυρίας καὶ Θεῶν καὶ σωτηρίας ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ διδασκαλίας, ἣν τοῖς ἀγίοις αὐτῶ μαθηταῖς ἐνετείλατο, ὅτε τὰς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας βαπτίζουσιν εἰς τὸ ὄνομα τῶ Πατρὸς, καὶ τῶ υἱοῦ, καὶ τῶ ἀγίῳ Πνεύματι, καὶ, εἰ μὴ τις γεννηθῆ δι' ὕδατος καὶ πνεύματος, ἔ μὴ εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶ Θεῶ: Τοῖς ἐν ᾧ τῶ τοιαῦτα πάντα τυφλώθησιν, καὶ ἐπὶ τῆς ἐνεργείας ἐν αὐτοῖς σατανικῆς ἐνεργείας ἐλμῶσις Φλυαρεῖν, τὸ ἅγιον βάπτισμα ὕδατος εἰνὴ ψιλόν, ὡς ἔξω καὶ τῆς πίστεως ἡμῶν ἔσι, καὶ τῆς ἑκκλησίας ἀλλοτριῶσι, καὶ καθάπαξ Θεοῦ, ἀνάθεμα.

Α'ναθ. ια'.

Τοῖς ἀκολύτως τῶ τοῖς ληρημάτων καὶ παραφρονημάτων καὶ τῶ πῖμον καὶ ζωοποιὸν τσαυρὸν φέλλαν ἀποκαλέουσι, καὶ τὸ ἅγιον βάπτισμα ὕδατος ψιλόν, μὴδ' ἄφεσιν ἔχον ἀμαρτιῶν, μὴτε ἐν πνεύματι, ἀλλὰ παρ' ἑαυτῶν ὑποχρησμένοις διδοῦσθαι τὸ ἐν πνεύματι ὅτε τοῖς ἑαυτῶν βδελυκτοῦς μύτας τὸ ψευδομοναχικὸν ἡμῶ ματαμφιάζουσι, καὶ τοιαύτω τμηθεῖσθαι

701-

1. Ἐκκλησίας ὡς ἔργα χειρῶν] eadem fere & Manichæi dicebant, qui Catholicis Paganorum, sive gentilium, objectabant ac Judæorum imitationem. Et hinc tumidus ille, ac superbiam spirans Faustus apud D. Augustinum, lib. xx adversus Faustum: Ego ab his (paganis) in hoc quoque multum diversus incedo, qui ipsum me, si modo sum dignus, rationabile Dei templum puto, vivum vivæ majestatis simulacrum: Christum filium ejus accipio: aram, mentem bonis artibus & disciplinis imbuitam; honores quoque divinos, ac sacrificia in solis orationibus, & ipsi puris ac simplicibus pono. Quomodo ergo schisma

sum paganorum?

2. Καὶ τὴν τῶν θείων, καὶ ἱερῶν εἰκόνων] Heraclides Nyssæ Episcopus epistolas duas adversus hanc scripsisse sectam a Photio memoratur, quarum altera sanctarum imaginum cultus vetustatem explicuerit. Paulo ante pro ἔσται ὁδῶ, legam lubens ταύτη, vel τῶν ὁδῶ.

3. Ἱερῶν εἰκόνων] Imago olim nulla, adeoque nullus imaginum cultus in ecclesia Catholica fuit, ut est apud Clementem Alex. in Parænesi p. 34: quod ipsum & Agobardus asserit toto volumine, De non adorandis imaginibus. Verum post Constantinum fen-

sim

litescant, adeoque ut in abdito omne sectæ suæ venenum animis a se in errorem deductorum eo facilius infundant; hisce, si ad vitæ extremum terminum in errore perseveraverint, Anathema.

Anath. IX.

Iis, qui ecclesias a Sanctis Apostolis nobis traditas in honorem Dei ædificari non debere sentiunt, easque ut opera manuum calumniantur, & dæmonum esse dicunt habitacula, atque ita prava via incedentes consequenter & divinarum sacrarumque imaginum venerandam rejiciunt erectionem atque cultum, velut omnino corruptis putridisque membris, Anathema.

Anath. X.

Iis, qui ad evertendam domini, ac Dei, & servatoris nostri Jesu Christi doctrinam properant, quam SS. discipulis suis commendavit, ut in se credentes in nomen Patris, & Filii, & Spiritus S. baptizarent; &, qui non per aquam & spiritum renasceretur, eum non introiturum regnum cœlorum, prædicarent; his igitur ad hæc omnia cœcutientibus, & qui ab operante in ipsis Diabolica efficacia agitati effutire non verentur, sacrum baptismum meram aquam esse, velut hominibus a nostra fide alienis, & ab ecclesia, atque ipso omnino Deo remotis, se junctisque, Anathema.

Anath. XI.

Iis, qui consimilibus itidem nugis & contemptibus indulgentes venerandam & vivificam crucem *furcam* appellant, & sacrum baptismum aquam meram esse existimant, quæ remissionem non adferat peccatorum: neque ex efficacia spiritus, sed ex se ipsis dare se promittunt, quod Spiritus S. est beneficium, quum abominandos suos sacerdotes veste falso dicta monachica induunt, ac deinceps per se ordinis nomen con-

firm in ecclesias admittæ sunt, traducto gentiliu cultu ad imaginum venerationem ac Sanctorum veræ religionis antistitum. Sed hæc, & quæ huc de Iconoclastis adferri poterant, omnia notissima sunt.

4. *Αναθήλων*] solebant imagines ac statuæ principum virorum columnis, & cippis imponi, quo conspectiores essent. Exempla in nummis Græcorum Latinorumque compluria passim occurrunt. Hinc ad Sanctorum imagines translatus honor est; quemadmodum nuper & SS. Trinitati istiusmodi columna Viennæ Austria a pientissimo Cæsare Leopoldo ere-

cta est.

5. *ὕδωρ εἶναι ψιλόν*] id est, sine efficacia spirituali; adeoque nec sacramentum ablu- tionis animæ per sanguinem Christi a peccatis.

6. *Τὸν τίμιον, καὶ ζωοποιὸν σταυρὸν*] recte sane *ζωοποιός* appellatur: nam absque cruce fuisset, æternæ mancipati homines forent morti. Et hinc cruci tantus in ecclesia Catholica habetur honos. Videtis Tertullian. in Apologetico, c. xvi.

7. *Φύλλων*] *furcam*. v. Meursii Glossarium Græco-barbarum.

Q

ii μω

ποιχμένοις κατ' αὐτῶν τὴν ἐπίκλησιν, μᾶλλον δὲ τὸν τῶν ψυχῶν καὶ σωμάτων αὐτῶν καὶ ἀποντισμὸν, Ἀνάθεμα.

Ἀναθ. ιβ'.

Τοῖς λέγουσι, ὡς <sup>8</sup> ἡ μετάληψις τῶν τιμῶν σώματι καὶ αἵματι τῶν κυρίων καὶ σωτηρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, <sup>9</sup> ἄριστος ψιλῶν καὶ οἴνου ἐστὶν μετάληψις, (ὡς καὶ εἰς τὸ τῆς ἐκ. λαϊκῶν μεταβληθέντας μετὰ προσφῶν προσέρχεσθαι, καὶ μεταλαμβάνειν ὑποκρίσεως χάριν, καὶ τὴν λατρίαν <sup>10</sup> ὑποψυχῆς τῶν δὲ ἐκ. προσκυτῶν μεταπεφέντας, Φαγοῦσας) καὶ τὰ τῆς θείας καὶ Φρικτῆς ἱερουργίας <sup>11</sup> ἐπιτέλεια ἑπιτρέψασιν, ὡς Φανεραῖς ἀντιλήξεσι, καὶ αὐτοὶ <sup>12</sup> Χριστοπολίτας ἑαυτοὺς ὀνομάζουσι, Ἀνάθεμα.

Ἀναθ. ιγ'.

Τοῖς ἐπ' ἀνατροπὴν τῆς ὅλης εἰς Θεὸν πίστεως καὶ ἄλλα μὲν ποιεῖ τοῖς ὑπ' αὐτῶν ἀθλίως τελευμένοις τελεῖσι, καὶ ἀπὸ μὲν τῶν θεῶν καὶ ἱερῶν <sup>13</sup> ἐμφυσημάτων, ὃ ὡς τῶν δεσποτῶν Χριστῶν παρελάβομεν, ἐπὶ τῆς τῆς ἀγίας Πνεύματι μυστικῆς ἐμπνεύσει, ἐμπύουσι τοῖς ὑπ' αὐτῶν τελευμένοις ἐμπύουσι, ὧν καὶ αὐτοὶ εἰσὶν ἄξιοι. Ταῦτα τοῖς ὑπ' αὐτῶν τελευμένοις ποιῶσιν, ἃ καὶ τῶν δαιμόνων αὐτοῖς ποιῶσιν, προσέτι καὶ ὑδατι μεμασμένῳ κέτωθεν ἕως ἀνω <sup>14</sup> εἰς σπόγγον ἀναλεῖσθαι ἐπ' ἀνατροπῆν τῆς ἀγίας βαπτίσματι, καὶ τῆς τῆς Θεοῦ Πνεύματι Φωτιστικῆς παρουσίας, Ἀνάθεμα.

Ἀναθ. ιδ'.

Ὅλοις τοῖς αἰρετικοῖς, ἀνάθεμα.

Πολλὰ καὶ ἔτη τῶν καλῶν <sup>15</sup> Βασιλέων. Τῶν Ὀρθοδόξων ἡμῶν <sup>16</sup> Βασιλέως πολλὰ καὶ ἔτη. Τῶν Ὀρθοδόξων ἡμῶν <sup>17</sup> Βασιλέως τῶν

Πορ-

8. ἡ μετάληψις] participatio, vulgo *communio*.

9. ἄριστος ψιλῶν] At quanto rectius Irenaeus, *Vir Apostolicorum fere temporum*, lib. iv, c. 34: *Qui est a terra panis, percipiens vocationem Dei, jam non communis panis est, sed Eucharistia, ex duabus rebus constans, terrena, & caelesti.*

10. ὑποψυχῆς] delationes, sive indicia: seu potius emissarios delatores, qui ipsos, quid facerent, observarent, & ad episcopos Catholicos illud referrent: ὡς καὶ ὕπ.

11. ἐπιτέλεια] id est, perfectionem, & quasi ultimum opus, quo perfecto sacro

ritui nil deest, omniaque suis numeris absoluta sunt, ac rata preces. Alias simpliciter etiam ἐπιτελεῖν τὰ πάτρια, seu τὰς θυσίας dicuntur, qui rem sacram peragunt, ac ritus iohannes exsequuntur. Mox legendum puto, ἀνατρέψασιν, pro ἐπιτρέψασιν.

12. Χριστοπολίτας] Optime. Nisi quod efficacius ad devinciendum sibi arctius Servatorem, non a civitate Christi, sed a societate Jesu petito sibi nomen S. Ignatii induit, & hunc secuti Religionis Catholicae defensores acerrimi Jesuitae.

13. ἐμφυσημάτων] ter illa insufflatio in faciem & aures eorum, qui baptizabantur,

conferunt, seu potius animæ ipsi & corporis interitum adferunt, Anathema.

Anath. XII.

Iis, qui dicunt, communionem venerandi corporis & sanguinis Domini ac servatoris nostri Jesu Chr. meri panis & vini esse participationem, (sic ut eapropter & hi, qui e laicis transferint, cum cibo accedant, ac simulandi, latendique gratia delatoribus, illum pro S. cœna sumant; qui vero e presbyteris ad eos accesserint, revera comedant) atque ita Divini ac tremendi sacrificii institutionem evertunt, ut plane Christi hostibus, tametsi se ipsi *Christopolitas* vocitant, Anathema.

Anath. XIII.

Iis, qui ad universæ in Deum fidei subversionem cum multa alia pessima in his, qui ab ipsis infeliciter initiantur, observant, tum pro divina sacraque insufflatione, quam a Domino nostro Jesu Chr. in Spiritus Sancti inspiratione adhibitam accepimus, initiandis ab se sputa inspuunt, quibus sane ipsi maxime digni sunt: his igitur, qui hoc in initiandis a sese exsequuntur, quod nos adversus dæmones facimus: quique insuper aqua eos immunda ab infimo ad summum, sive a calce ad caput, spongiis illinunt, quo certe sacri baptismatis, & illuminatricis Dei Spiritus præsentia subversio efficitur, Anathema.

Anath. XIV.

Cunctis insimul hæreticis Anathema.

Deus optimis Imperatoribus vitam longævam largiatur. Vivat diu Rex noster Orthodoxus. Vivat diu Rex noster Orthodoxus Porphy-

ro-

repetebatur. Vide ea de re Canonem Eccles. universalis 170.

14. *ἡ ἀφ' ἀπολύτων*] in Ecclesia Catholica presbyteri baptismi candidatos exutis vestibus toto corpore inungebant, ut est apud Dionysium Areopagitam; postquam ter ab episcopo oleo signati erant. At hi hæretici totum hominem aqua, eaque polluta, a calce ad caput illinere solebant.

15. *βασιλείων*] intelliguntur hic conjunctim Imperatores duo Alexius Comnenus, & filius ipsius Joannes Comnenus Porphyrogenitus. LAMBECIUS.

16. *βασιλείων*] intelligitur solus Imp. Alexius Comnenus, qui A. C. 1081 cepit imperare, & A. 1118 obiit. LAMBECIUS.

17. *βασιλείων τῶν*] intelligitur solus Imp. Jo-

annes Comnenus Porphyrogenitus, qui jam a Patre suo Alexio successor imperii declaratus fuit, antequam Basilii Bogomilorum hæreticorum coryphæus Constantinopoli combustus est. Contigit enim hoc circa finem imperii Alexii Comneni, ideoque ab Anna Comnena Alexiados l. xv, p. 495, vocatur *ἔσχατον ἔργον ἢ ἄλλοι τῶν μακρῶν ἐπιπέπων πόνων ἢ καταρτημάτων τῷ Αυτοκράτορι*. *Ultimum opus ac labor diutinorum laborum & rerum præclare gestarum Imperatoris.* Quamvis autem historia combustionis Basilii a Cardinale Baronio Annal. Eccles. Tom. xii anno Chr. 1118, quo Imp. Alexius Comnenus obiit, inserta sit, revera tamen eo non pertinet, quippe quæ antecessit obitum Patriarchæ Nicolai, ut testatur Anna Comnena

Q 2

Ale,

Πορφυρογενήτε πολλά τὰ ἔτη. Ὁ Θεὸς φυλάξει τὸ κράτος αὐτῶν. Ὁ Θεὸς τὴν βασιλείαν αὐτῶν εἰρηνεύσει. Οὐράνιε βασιλεῦ τὸς ἑπιγείους φύλαξον. Τὸ ἀγαθὸν καὶ οἰκουμενικὸν ἱερωσύνη Πατριάρχου πολλά τὰ ἔτη. Ταῦτα τῆς ποιητικῆς ἀσθεσίας τὰ σπέρματα, ταῦτα τῆς ἀθείας τὰ ποιητικὰ Σαπῶν τὰ βλαπήματα. Ἡμεῖς δὲ ὁ τὸ Χριστὸν λαὸς ὁ ἐξαίρετος τῶν θείων καὶ Ἀποστολικῶν διδαγμάτων, καὶ τῶν πατρικῶν οὐλόγητος ἐλάμεθα ὡς ἀδύνατον, Φεύγοντες ὅλην ψυχὴν τὰ μυστήρια τῆς ἀσθεσίας διδάγματα, καὶ πόρρω τῆς αὐτῶν ὀλεθρίας γνώσεως θρησκείας, Θεῷ δὲ χαθαρῶς λατρεύοντες, τῷ ἐν τελευτῇ παρρησιῶν, εἴτεν ὑποτάσεων, γνωριζόμενα καὶ σεβομένα, ὧς ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος εἰς τὸς αἰῶνας τῶν αἰῶνων, ἀμήν.

Alexiados lib. xv. p. 488, his verbis: Προῦκάθητο δ' αὖτε τὸ τρικαῦτον τῆς βασιλείας πόλιος θρόνος ὁ ἐν Πατριαρχίᾳ μακαριώτατος ὁ γραμματικὸς ὁ κύριος Νικόλαος, καὶ ἐπιγινώσκοντο τὰ θεοσυγῆ δόγματα, &c. Obtinēbat tum temporis regia civitatis episcopalem sedem beatissimus Patriarcha, Grammaticus Dominus Nicolaus, qui, ubi impia hac dogmata lecta ēre. Certo nempe constat, jam memoratum Patriarcham Nicolaum obiisse A. C. 1117. LAMBECIUS.

18 Πατριάρχου] intelligitur Nicolaus, tertius ejus nominis Patriarcha Constantinopolitanus, qui non multo post supra memorati hæresiarchoe Basilii combustionem obiit, A. C. 1117. vide Card. Baronii Annal. Eccles. tom. XII, an. 1117, num. 20. LAMBECIUS.

Et hæc quidem de notabili illa Panoplia

Euthymianæ Appendice in præfens obiter sufficiant. Integram autem eandem Appendicem posthac, volente Deo, Græce & Latine publicabo in Supplemento Corporis Historiæ Byzantinæ, ex Augustissima Bibliotheca Cæsarea deinceps separatim edendi: simul etiam tunc ibidem insignem illum locum libri decimiquinti Alexiados Annæ Comnenæ, ubi de Basilii Massalianorum, & Bogomilorum coryphæi, per Imp. Alexium Comnenum, inquisitione, condemnatione, & combustionē, satis prolixè agitur, necessaria explanatione illustrabo. LAMBECIUS.

Erat scilicet hoc Lambecio, Viro eruditissimo, & si quis alius industrio, propositum, quod nos nunc sumus cum volente ac favente Deo exsecuti. Illum quidem, quo minus hæc Appendicem ederet, fatum immaturum



rogenitus. Custodiat Deus imperium eorum. Pacem Deus regno eorum impertiatur. Rex caelestis, terrestres quæsumus reges custodi. Vivat diu Sanctissimus & Oecumenicus Patriarcha. Hæc sunt pravæ impietatis semina, hæc pessimi Satanæ Deo adversantis propagines. Nos autem Christi electus populus Divinas, & Apostolicas, ac a patribus ad nos transmissas toto animo teneamus traditiones, tota mente impura illa impietatis dogmata fugientes, longeque a perniciosâ eorum doctrina remoti ac puro pectore Deo servientes, qui nobis in personarum, sive substantiarum trinitate patefactus rite colitur: cui sit gloria, & potentia, in secula seculorum, Amen.

impedivit: nos vero, dum vita suppetet, excussa desidia semper aliquid in commune bonum moliemur novi. Ceterum quod in initio Ελεγχος, *Victoria* potius, quam *Confutatio*, verterim, splendori vocis datum est, quæ augustior mihi visa, & argumento convenientior, quod confutationem nullam, sed ipsam tantum damnationem continet. Επιφακή μωρον. Sed rectius *Damnatio*. Ελεγχος enim Græcis aliquando *tabella*, seu *periculum*, unde sententia in reos pronuntiabatur. Tum vero vox Οζίαμβος Latine commodius aliquando *Traductio* dicatur *Triumphalis*, qua velut in pompa celeberrima per omnium ora damnati trahuntur. Factum id præcipue in servis ad crucem damnatis, ut & in aliis noxiis, qui ad supplicium ducebantur. Vide inter alios Suetonium in Vitellio, cap. xvii, & notas ad eum Casauboni, item

Nicephori Breviarium, & Philonem Judæum in Flaccum. Heraclides περι πολιτ. moechos apud Lepreatas totum triduum ita per urbem traductos refert. Græci παραδειγματίζου hoc vocarunt. Quare & duo illa verba a Gregorio Nazianzeno in Orat. de Baptismo conjuncta, ubi de peccato ita loquitur: παραδειγματίσας αὐτην scil. την ἀμαρτίαν, ἢ δεξιμώσας, ὡς ἀξίαν ὕβρεως: *Ostentans illud & traducens, utpote alienum contumelia.* Exemplum clarissimum in pompa Hæreticorum triumphali, quum a S. Inquisitionis officio damnati ad ignis supplicium ducuntur: ubi, quemadmodum in triumphis olim captivi reges magnificentissimis ornari vestibus solebant, ita & hi picta malorum demonum imaginibus veste exculi populo ostentantur.



ΤΑΞΙΣ ΓΙΝΟΜΕΝΗ ἑπὶ τοῖς ἀπὸ ΜΑΝΙΧΑΪΩΝ καὶ  
ΠΑΥΛΙΚΙΑΝΩΝ ἑπιπέφασσι πρὸς τὴν καθαρὰν  
καὶ ἀληθῆ πίστιν ἡμῶν τῶν ΧΡΗΣΤΙΑΝΩΝ.

\*\*\* Δ Επὶ φέροντες ὑλῆς τῆς μηδέπω ἔσης, μήτε βυραῶν καὶ νεύρων,  
καὶ σωματίων, καὶ ἰδρώτων, τῶν ποιητῶν ἀρχόντων, ἔς ὃ  
Μάνης ἀνέπλασεν.

Α'να-

1. Τάξις γινόμενη] Fragmentum hoc impressum in Paris. editione: sed duplo auctius est hoc exemplar nostrum, & ac singularia multa ad Historiam Manichæismi pertinentia continet, quæ in editione Parisiensi omnino desiderantur. Cuiusmodi inter alia varia est Anathematizatio præcipuorum quinque librorum Manichæorum, nempe libri Epistolarum Manetis, Evangelii vicei, Thesauri vite, Libri Mysteriorum, Heptalogi, cuius auctor Agapius, & libri Sapientie compositi ab Aristocrito. Notandum porro est etiam Petri Siculi Historiam Hæreseos Manichæorum, a R. P. Matthæo Radero S. I. Ingolstadtii A. 1604, Gr. lat. editam, beneficio præstantissimi huius codicis plurimum posse emendari, illustrari, & augeri. LAMBECIUS.

Ibid. Τάξις γινόμενη] Hic titulus erat huic opusculo in indice, qui cuncta manuscripti Cæs. Bibl. codicis, unde hæc petita sunt, contenta complectebatur. Ceterum tres erant ordines eorum, qui ad Ecclesiam Catholicam accedebant. Primus eorum, qui baptismo indigebant: secundus eorum, qui non baptizabantur, sed ungebantur sacro unguento: tertius tandem eorum, qui nec baptizabantur, nec ungebantur, sed solummodo suam omnemque aliam hæresin anathematizabant. Inter primos erant Manichæi. vide Timotheum Presbyterum CPolitani de iis, qui ad Ecclesiam Catholicam accedunt, in initio.

2. Μανιχαίων] Manichæis, uti notum, a Manete Persa nomen: quem origine Brachmanem fuisse Suidas affirmat. Vixit ille sub Aureliano Imperatore, cuius imperii anno quarto, sive anno Chr. 274, per Mesopotamiam, locaque contermina, hæreseos suæ venenum sparsit. Scythianum etiam, quum adhuc in servitute degeret, atque item Cucubricum, inque familiari sermone, Cucubricum (nisi hoc librarii vitium est) appellatum idem Suidas docet: pro quo male nunc Urbicus

apud D. Augustinum legitur lib. de Hæresibus. Nomen ejus Epiphanius Babylonicum, sive Persicum, esse & Vas significare ait. Immo & Hebræis מן Man, vas, item donum, seu munus significat. Quia vero Græcis, aut Græca intelligentibus adversarij vox illa Μάνης uborem irridendi ansam præbebat, quasi a Græco μανία, insania, seu μανίωμα, insano, derivata esset, & sic nomen & omen insanie Maneti obtigisset; tum quod & eadem vox Μάνης stupidum significaret, (ut apud Aristophanem, Μεγαίνεταί ὁ Μάνης) Manichæi Mannichæos se vocari volebant, quasi derivato nomine a מנחם manahath, requies. Næc apud Judæos iidem contumelia caruerunt, qui omnes impios Manetes appellarunt, ut Gaulminus ex Elia in Thesb. colligit in suis ad Pfellum notis.

Doctrinam suam Manes a Budda, cui antea Terebinthi nomen, accepit. Græcis hic Budda literis imbutus Empedoclis opinionem amplexus dicitur, duo rerum pugnantia inter se principia statuentis, Φιλίαν καὶ νεῖκος, Amicitiam & Contentionem. Verum rectius a Persis, seu Persarum Magis, id accepisse videtur, qui ἀγαθὸν δαίμονα, καὶ κακὸν δαίμονα, sive bonum & malum Deum statuebant, ut est apud Laërtium in proœmio ex Aristotelis l. 1 de Philosophia, & apud D. Augustinum, l. v de Civ. Dei, c. xx1: sive, ut Zoroaster, primus hujusce sententiæ auctor, eos appellabat, Ormazden, & Arimanium; Zafrada, sive Zarouam, Arabice Zarahou, id est, omnium satore, genitos: de quibus fuse Gaulminus ad Pfellum de Dæmon. & Vossius lib. 1. de Idol. c. v. Adeatur & Epistola Theodori Mopsueltiæ Episcopi de Persarum Magia apud Photium in Bibliotheca: item, quæ de duobus Principiis Celsus habet apud Origenem adv. Celsum lib. vi, p. 303. Collegit quoque nonnulla Eruditissimus Burnetus in Archæologia Cosmica part. II, p. 401.

Na-

FORMULA recipiendi eorum, qui a MANICHÆORUM & PAULICIANORUM hæresi ad puram & veram nostram fidem CHRISTIANORUM convertuntur.

\*\*\* INVOCANTES materiam, quæ non exstat: uti neque pelles, nec nervi, neque corpora, neque sudores malorum istorum principum, quos Manes finxit.

Ex-

Natum sese impostor hic Budda e virgine ajebat, & in montibus educatum. Scripsit autem libros quatuor, *Mytheria*, *Euangelium*, *Theaurum*, & *Capita*. Perit, ut plerique omnes hæresiarchæ, morte dira & execrabili, ab impuro spiritu interfectus, ἰπὸ πνεύματ' ἀκαθάρτῃ συντεθείς. Heres bonorum ejus librorumque vidua quædam dives fuit, ad quam diverterat. Illa vero Manetem septennem puerulum mercata, literis postea eruditum, libertate donatum, heredem instituit. Atque hoc pacto ad Manetem Buddæ scripta transiere: quibus ille tamquam suis magnam deinde terrarum orbis partem pervertit, pestiferisque opinionibus infecit.

D: Augustinus hæreticos eum antiquos secutum ait lib. de Hæres. nimirum *Marcum* quendam, unde *Marcita*; & antiquiores his *Cerdonem*, atque *Gnosticos*, quorum auctor *Carpocrates*. Videtur autem hoc ab Eusebio accepisse, qui lib. VII Hist. Eccl. c. XXXI, ait: Δόγματα γὰρ μὴ ψευδῆ ἢ ἀθεῖα ἐκ μυρίων τῶν προτάων ἀποσβηνυμένων ἀρίστων συμπυκνωμένα κατ' ὅσας ἐκ τῶν Περσῶν ἐπὶ τὴν κατ' ἡμᾶς οἰκωμένην ὡσπὲρ τινα θανάτηφόρον ἰὸν ἐξαμύρῳατο: *Opiniones autem falsas, & Divina doctrina repugnantes, e quamplurimum jamdudum extinctis scētis collectas consarcinans, e Perside in nostrum orbem velut letale virus effudit.*

Quoniam vero, quæ mox damnabuntur, non ita commode intelligi possunt, nisi ipsa prius Manetis dogmata cognita fuerint, operæ pretium, remque iis gratam me facturum existimavi, quibus nec facultas, nec otium est veteres, qui de his egere, scriptores respiciendi, si Manetis errores ac doctrinam e variis auctoribus collectam breviter sub unum quasi subjicerem conspectum.

Hæc ergo præcipua pestifera Manetis doctrinæ fuere capita: Duo rerum esse Principia

contraria, æterna, & ingenita, quorum alterum bonum esset, alterum malum. Bonum Deum, sive Lucem: malum Materiam, sive Tenebras, appellabat. A bono Deo invisibilem, infinitum, ac divinum mundum creatum: a malo visibilem, ac malum, profunda ac immensa magnitudine: hosce vero duos mundos conjunctos bonæ malæque naturæ participare. Divinam partem ex omni mundi parte quotidie purgari, & in sua regna revocari: eandem per terram exhalantem, & ad cælum tendentem, incurrere in stirpes & plantas, &c. quæ in electis comedendo purgata, liberataque, in cælum redeant.

Mundi tenebrarum, seu terræ pestiferæ, quinque esse elementa, sive *antra* elementorum, aliud *tenebris*, aliud *aquis*, aliud *ventu*, aliud *igne*, aliud *fumo* plenum. Hæc elementa principes sibi proprios genuisse; quorum dux ac princeps summus in *fumo* moraretur. In *fumo* nata animalia bipedia, indeque homines originem ducere: in *tenebris* serpentina: in *igne* quadrupedia: in *aquis* natatilia: in *vento* volatilia.

His quinque elementis malis debellandis alia quinque elementa de regno & substantia Dei missa esse, & in illa pugna fuisse permixta, fumo aëra; tenebris lucem; igni malo ignem bonum; aquæ malæ aquam bonam; vento malo ventum bonum.

Animam hominis duplicem esse: harum alteram bonam, a Luce creatam, partem esse Dei: adventitiam alteram, malam, de gente tenebrarum, quam non condiderit Deus, sed quæ tamen Deo sit coæterna. Hanc propriam corporis esse. Nam & corpus productum a tenebris.

Rationalem animam, seu divinam, brutis quoque animalibus inesse, ut & plantis: ab adversario vero Dei correptam in spurcum corporis fuisse carcerem conjectam. Ab ani-

ma

ma bona omnia homini bona provenire : contra , ab anima mala , quidquid illi accidat mali.

Animas transire in alia corpora ; item in pecora , & plantas. Auditorum vero suorum animas in Electos revolvi , aut feliciore compendio in escas electorum , ut jam inde purgatæ in nulla corpora revertantur.

Animas in arboribus & plantis divina non posse percipere præcepta , nec sapientiores fieri : veruntamen vivere , & audire voces nostras , & verba intelligere , & corpora , motusque corporum intueri ; cogitationes denique ipsas perspicere : sentire etiam , & dolere , cum lædantur , nec sine cruciatiu evelli carpire posse.

Solem & Lunam *Navigia* esse , quibus tam hominum , quam brutorum animæ , jam repurgatæ , ac lucidæ , in cœlum subvehantur. Lunam minus esse navigium ex *aqua bona* factum ; quod acceptas primum animas post quintumdecimum diem Soli , seu majori navigio , ex *igni bono* facto , tradat. Ab hoc beatorum animas in cœlum transvehit : cujus vitæ cœlestis nulla fiat anima particeps , quæ non Manetis imbuta fuerit disciplina. In his *navibus* sanctas inesse virtutes , quæ se in masculos transfigurent , ut feminas adverte gentis illiciant , & per has illecebras commota earum concupiscentia lumen de illis fugiat , quod membris suis permixtum teneat , quo purgetur susceptum ab angelis lucis , purgatumque illis *navibus* imponatur ad regna propria reportandum.

Adamum & Evam commota adversa parte animæ malæ , a tenebrarum principibus generatæ , ad concubitus declinasse : ita eos lapsos esse , & peccasse ; sed postea sanctius vixisse.

Legem Mosaicam a Principe tenebrarum datam : inde quoque Prophetas sua accepisse ; omneque adeo Vetus Testamentum esse rejiciendum.

Christum de massa lucidissima molis Divinæ profectum ad salutem humanam , non natum de Maria Virgine , quia carni concerni nequibat , nisi simul inquinaretur , ut ait D. Augustin. l. v. Confess.

Apparuisse illum κατά φυσικὴν καὶ διανοητικὴν , specie tantum , non revera : caruisse enim humana natura , sola præditum divina : atque ita quoque non reapse passum , sed pati visum , exteriore homines specie fefelisse.

Fuisse eundem Serpentem in Paradiso : ab eoque illuminatos Adamum & Evam , ut

cognitionis oculos aperirent , & bonum a malo dignoscerent.

Venisse Christum ad animas liberandas , non autem ad servanda corpora.

Promissionem Christi de Paraceto , seu Spiritu S. in Manete fuisse completam : sese enim esse Spiritum Sanctum ajebat ; seque eapropter *Apostolum Christi* vocabat.

Fatum omnia regere ; fato fieri omnia.

Atque hæc de præcipuis Manetis dogmatibus sufficiant. In quibus illud mihi animadversione singulari dignum videtur , multa e veterum Græcorum Latinorumque superstitione antiquioris esse , quam censentur , originis , & ad præscam Orientalium disciplinam referenda : unde & Ægyptii nonnulla acceperunt ; ut quæ de *navigio Solis & Lunæ* dicuntur. In *Fortuitis* meis c. xxiiii , pag. 171 , de *navigio Jovis Hammonis* , ac *Solis Ori* , item *Isidis* , aliisque compluribus , aliqua adnotavi : nec non cap. v , pag. 43 , de *navigio* , seu *poculo* , ac *lebete Herculis* : quo & referri potest , quod apud Albricum de Imag. Deor. legitur , *naviculam* cum homine navigante & velificante in medio mari , Dianæ imagini affingi solitam. Inprimis autem cognoscenda sunt , quæ de *poculo Solis & scapha Brizomantis* Athenæus l. viii , & xi : deque *navigio Isidis* Plutarchus habet , lib. de Is. & Osiride. Nec enim probo Vossii opinionem lib. ii de Idol. c. xxvii , non tam ob humidam naturam , (quod ferri poterat) quam quod Luna corniculata navigium referret , navigio illam vehi veteres finxisse. Non enim corniculatum illud navigium fuit , sed rotundum : cujusmodi *aureum* illud *cymbium Isidis* apud Apulejum l. xi. Miles. *medio sui patris flammulas suscitans largiores* ; ut & *lebes Herculis* , de quo paulo ante.

Præterea notanda & illa , quæ de *aqua & igni* dicuntur ; unde *lustratio per aquam & ignem* derivata : deque *quintodecimo die lune* : de *vitis Dryadum & Hamadryadum* ; & inprimis de *Antris* : de quibus omnibus & nos aliqua in *Fortuitis* , loco supra indicato , diximus : & multo plura de specu , seu *antro Mithriaco* , de *antris Samothracis* , de *antro Jovis* in Ida monte Cretæ ; de *Pane Orphico* *ἀντροζαφῆ* , de *antro Attinis* in Arcto monte Cyziceno , multisque aliis , dici possunt. Multa sane huc facientia habet *Porphyrius* de *antro Nympharum* , qui in antro illo *Zoroastris* *Mithræ* consecrato symbola elementorum & climatum mundi disposita fuisse refert : & *Dis* quidem cœlestibus

templa, & delubra, & altaria posita, terrestribus & heroibus aras, subterraneis scrobes, & adiculas; at mundo (qui cuncta continet elementa) antra, & specus. Et priora quidem Sallustius Philoſophus c. xv de Diis explicat, cum ait: *οἱ ναοὶ μὲν τῶν ἑσπερίων, οἱ δὲ βωμοὶ μὲν τῶν ἡμετέρων*. Veterum enim templa temporibus antiquissimis rotunda fuerunt, uti Romæ postea templum Vestæ, & Pantheon: Aræ vero cubicæ, quod stabilitatis symbolum, Telluri Stabili conveniens. Explicatis dogmatum præcipuis, de ipsa secta nonnihil dicendum est. Divisa erat ea in *Catharistas, Macarios, & Manichæos* speciatim ita dictos. *Catharista*, seu *Purgatores*, a purgando nomen acceperunt. Exceptum namque farina semen virile in concubitu, ut id purgarent, divinamque partem liberarent, boni hi viri comedeant. Hosce tamen alii pudore moti a se repellebant. Non multum diversa alias significatione vox *καθαρίσθαι* in veteri ecclesia accipiebatur, de iis, qui a demone liberabantur: cujus ejectione *καθαρίσθαι* dictus. Vide Valesium ad Histor. Eccles. Eusebii l. v, p. 93. Rursus distinguendi in veteri ecclesia a *Catharistis* *καθαροὶ, Puri*. Ita enim appellari cupiebant, qui cum digamis, aut lapsis conversis, seu peccantibus, communicare volebant: ut ex Canone liquet Eccles. Univerf. v. 111. *Macarii* apud eos *illuminati* quoque dicebantur: de quibus videndus D. Augustinus p. 52 adversus Epistolam Testamenti. *Manichæi* porro e duabus professionibus ecclesiam suam constituerunt, hoc est *Electorum, & Auditorum*. *Electos* *redēss*, sive *perfectos*, vocabant, quod omni vitio carerent. D. Hieronymus adversus Pelagianos: *Manichæus Electos suos, quos inter animas Platonis in celestibus collocat, dicit omni carere peccato: nec, si velint, posse peccare. Ad tanta enim eos virtutum culmina transcendisse, ut carnis operibus illudant. Priscillianus in Hispania pars Manichæi de turpitudine, &c. Soti cum solis clauduntur mulierculis, & illud eia inter cœlitum, amplexusque decantant.* Ex his Electis duodecim erant, quos appellabant *Magistros*. Manes enim ad imitationem Christi xii Apostolos habuit. Hisce tertius decimus præerat *Magistorum Princeps*, uti Manes suorum erat discipulorum. Ab his *Magistris* e reliquo *Electorum* numero lxxii ordinabantur *Episcopi*: & hi suos rursus ordinabant *presbyteros*, ac *diaconos*, qui idonei videntur ad errorem hunc suum aliis in locis, in quæ mittebantur, tuendum, atque propa-

gandum. Secundi gradus *Auditores* erant; in quorum numero aliquamdiu fuit D. Augustinus, ut ipse de se fatetur c. xix de mor. Manichæor. *Novem annos totos magna cura & diligentia vos audivi.*

De his *Auditoribus* idem loquitur D. Augustinus epist. lxxiv ad Deuterium Episcopum, de Victorino agens Mallianensi Subdiacono: *Auditorem sane Manichæorum, non Electum se esse confessus est.* *Auditores enim qui appellantur apud eos, & carnibus vescuntur, & agros colunt, & si voluerint, uxores habent: quorum nihil faciunt, qui vocantur Electi. Sed ipsi Auditores ante Electos genua figunt, ut eis manus suppliciter imponantur, non a solis episcopis, vel presbyteris, aut Diaconis eorum; sed a quibuslibet Electis.*

Præterea *Auditores Electis* sub pœna tardioris metempsychosis optima quæque de cibariis exhibere tenebantur; quum interim *Electi* nihil operis agerent, sed meditationibus vacarent: quibuscum scilicet omnia jam religionis arcana communicata erant, a quibus *Auditores* arcebantur. Gregorius Nazianz. Orat. lxi: *Ὅτι οἱ Μανιχαῖοι τοῖς ἐκλεκτοῖς λεγομένοις, ὅλην τὴν νοσον αὐτοῖς ἐκαλύπτουσι, &c. quemadmodum Manichæi illis, quos *Electos* appellant, quibusque omnem morbum, sive amentiam suam, revelant, &c.*

Porro tria *Signacula* apud *Manichæos* erant *Electorum*: *Oris, manuum, & sinus*, ut his tribus casti essent, & innocentes. *Os* continebat omnes sensus in capite: *manus* omnem operationem: *sinus* omnem libidinem feminalem. Tribus enim Deum offendimus: cogitationibus, verbis, factis. Quam vero parum observantes horum fuerint *signaculorum*, plurimis ostendit exemplis D. Augustinus libro de moribus *Manichæorum*.

3. *Καὶ Παυλικιανῶν*] *Pauliciani* pro *Manichæis* dicti a Paulo quodam *Samosateni*, &c. cujus hæreseos descriptio in eodem Cod. v. *Eucholog. Græcor.* p. 885, 886, 890, 891. p. 1 fol. 21. LAMBECIUS.

Ibid. *Καὶ Παυλικιανῶν*] Hos alii *Paulianos* appellant, a Paulo *Samosateno*, *Antiochiæ* Episcopo. Hic teste *Dionysio* Archiepiscopo *Alexandrino* in Epistola, quam ad Concilium *Antiochenum* adversus hunc Paulum scripsit, cum ipse propter senectutem adesse non posset, duas aiebat esse *Hypotheses*, & duas unius & solius Christi personas, duos *Christos*, duos filios, unum natura filium Dei, & qui fuit ante secula, & unum homonymum *Christum & filium David*, qui non fuit ante, & fuit in tempore, & secundum beneplacitum

Ἀναθεματίζω τὰς λέγοντας, ὅτι τὸ σῶμα ἔκ τῆς ποικιλῆς ἀρ-  
χῆς ὑπέστη, καὶ ὅτι φύσει ἐστὶ κακὰ.

Ἀναθεματίζω τὸν λιπῶδη Μάνεντ<sup>9</sup> μύθον, ἐν ᾧ φησὶ, μὴ ὁ-  
μοιον ἡμῖν ἀγαπεπλάσθαι τὸ πρῶτον ἀνθρώπον, τριτίη, τὸν Ἀδάμ.  
<sup>9</sup> ἀλλ' ὑπὸ τῆ Σακλᾶ, <sup>10</sup> τῆ τῆς ποικιλῆς ἀρχοντ<sup>9</sup>, καὶ <sup>11</sup> τῆς Νε-  
βρώδ, ἢ ἐν αὐτῇ τὴν ὕλην φησὶ, γενέσθαι τὸν Ἀδάμ καὶ τὸν Εὐάν. καὶ  
τὸν μὲν θεόμορφον κτισθῆναι, τὴν δὲ ἀψυχον. καὶ τὸν μὲν Εὐάν ὑπὸ  
τῆς

tum Dei accepit nomen filii: sicut civitas ac-  
cepit nomen Domini, & domus nomen ejus,  
qui eam edificavit. Aliquanto clarius Suidas  
Paulum docuisse ait, Christum nudum, seu me-  
rum hominem, ψιλὸν ἄνθρωπον, fuisse, non  
autem Deum: ceterum Verbum Dei in eo,  
ut in ceteris prophetis habitasse; adeo ut  
duæ naturæ in eo diversæ fuerint, distinctæ-  
que, & incommunicabiles, Divina & huma-  
na; aliusque Christus, alius Deus Verbum  
in Christo habitans. Exstant hujus Pauli x  
quæstiones in Auctario Bibliothecæ Patrum,  
parte II: quæ ibidem ab eodem Dionysio  
refutantur. D. Augustinus lib. 11 de Hæ-  
res. sententiam illam ab Artemonē prius fuisse  
profectam dicit, sed, cum defecisset, a Paulo  
ἐπιβουραναι, & postea sic a Photino confirma-  
tam, ut Photiniani quam Pauliani celebrius  
nuncupentur. Idem & Theodoretus ait: ve-  
runtamen Artemon Christum hominem tan-  
tum fuisse prædicabat, τσαῦτα δὲ καὶ τὰς  
Ἀποστόλους ἔλεγε κηρυχθῆναι. Τῶν δὲ μὲν θεο-  
ν ἰσχυροῦσθαι τὸν Χριστὸν ἐκ ὄντα θεόν: nec  
aliter agebat, Apostolos prædicasse: qui vero hos  
consecuti sint, Christum esse Deum, cum non esset,  
docuisse: ut est apud Theodoret. l. 11 Hæres. fa-  
bular. c. 14, & viii. At Cerinthus Christum  
a Jesu filio Mariæ alium esse, & in specie  
illum columbæ descendisse docebat, atque  
tunc Deum, qui ignorabatur, prædicasse,  
miraculaque omnia fecisse: tempore autem  
passionis Christum recessisse, & Jesum pas-  
sionem subiisse. Sic ut Suidas alios secutus  
videatur. Theodoretus enim, Malachione cum  
Paulo disputante, deprehensum tandem post  
longam esse simulationem refert, Christum  
hominem esse, a Paulo statui, Divina gratia in-  
signiter ornatum. Unde & Episcopatu pri-  
mum, deinde & Ecclesia expulsus, ejectus-  
que est. Nicephorus in hunc illum errorem  
delapsus refert, quod, cum Zenobiam Pal-  
myrenorum Regiam, quæ non modo to-  
tam sibi Syriam, sed & Ægyptum subjec-

rat, ad religionem Christianam pellicere vel-  
let, ut ei Judaica religione imbutæ, atque  
ita a SS. Trinitatis doctrina abhorrenti velifica-  
retur, Christum hominem tantummodo fuisse  
doceret. Plura videtis apud Eusebium lib.  
vii Hist. Eccles. c. xxvii, & seqq. Præter  
hosce Hebionai quoque Christum tantummo-  
do merum hominem fuisse docuerunt.

4. Καθαρόν] puram, & impollutam ab  
omni errore hæreticorum. Nam & ex Ma-  
nichæis Catharistis, de quibus antea, qui  
ἐκ καθαρῶν, id est Puros, dicerent, orti  
sunt, a Catholicis multum diversi, sicut &  
a Manichæis in quibusdam discrepabant.  
Dogmata eorum Ebertus Schonaugiensis  
Cœnobii Monachus tomo II Biblioth. Pa-  
trum hæc fuisse memorat: Baptismum in-  
fantium inutilem, quia fidem profiteri neque-  
ant: ideoque suos rebaptizasse quasi quodam  
Spiritus & ignis baptismum. Purgatorium hu-  
manum signum esse: ideoque eos missas  
pro defunctis irrississe. Eodem loco ac nume-  
ro habuisse campanarum pulsationes: Ordinem  
vero Sacerdotii, nisi in sua ecclesia, nusquam esse:  
Eucharistiam non nisi a se rite celebrari: Ani-  
mas humanas nil aliud esse, quam spiritus a-  
postatas, in principio mundi regno calorum cre-  
atos, eosque in corporibus humanis per bona  
opera salutem promereri posse; &c.

5. Τῶν Χριστιανῶν] id est, Catholicorum.  
Nam hi soli Christiani. Unaque est Eccle-  
sia Christiana Catholica. Nec aliter etiam  
nunc Itali Catholicos nisi Christianorum vo-  
cabulo designant. Revocat ea vox mihi in  
memoriam, quod mihi super ea re in  
Italia altero itinere evenit. Narrabam Ab-  
bati cuidam, rogatum me Montispelii a decu-  
rione militari, quum illic Biblia a Majore  
Arcis utenda peterem, illeque summopere  
eapropter mihi irasceret, num Biblia liber  
hæreticus esset? causæ id conjectans, cur ita  
graviter Major mihi offensus fuisset. Hic  
bonus Abbas nihilo militari homine erudi-  
tior

Exsecror, & Anathemate devoveo eos omnes, qui dicunt, corpus c malo principio proditisse; & mala existere natura.

Exsecror nugacem ac fulem Manetis fabulam, quum ait, primum hominem nobis dissimilem formatum, Adamum scilicet: verum a Sacla, scortationis principe, & Nebroda, quam materiam esse ait, Adamum & Evam factos esse: & illum quidem ferino cultu creatum, hanc autem sine anima. Evam porro ab ea, quæ mascula dicitur, virgine

tior, *Signer mio*, quæsit, *la Bibbia è questo un libro Christiano? Domine, Bibbia estne liber Catholicus?* Ego vero composito ad severitatem vultu, esse affirmavi. Et credidit me verum dicere.

6. *Δημιότες*] ita incipit fragmentum hoc: in qua tamen voce vitium hæere videtur.

7. *Ἐκ τῆς πομπῆς ἀρχῆς*] a principio tenebrarum, Deo coæterno, ut supra exposuimus.

8. *ὅτι φύσει ἐστὶ τὰ κακά*] quæ opinio quondam Valentini fuit, ab tricesimo Æone diabolum genitum somniantis, & a diabolo diabolo alios procreatos, qui hunc mundum fecerint. Ideoque malitiam ille non arbitrio hominum tribuit, sed naturæ mundi, id est, generi diabolico: ut est apud D. Augustinum de Hæres. Idem de moribus Manichæorum: *Vos autem*, inquit, *asseritis quandam naturam atque substantiam malum esse.* Ubi porro ostendit, nihil natura malum esse, sed tantum inconvenientia corporalis temperamenti, qua panis homini cibum, accipitri venenum est; &c. quod argumentum pereleganter a Lucretio meo tractatur libro vi, vers 959. & seqq. ubi inter alia,

*Barbigeras oleaster eo jurat usque capellas,  
Diffusas ambrosia quasi vero & nectare tinctus:  
At nihil est homini, frunde hac quod amar-  
rius existet:*

*Denique amaracinum fugitat sus, & timet omne*

*Unguentum: nam fetigeris subus acre ve-  
nenum est,*

*Quod nos interdum tamquam recreare vide-  
tur:*

*At contra nobis caenum terribima cum sit  
Spurcities, eadem subus hac jucunda videtur:  
Insatiabiliter toti ut volvantur ibidem.*

9. *Ἀλλ' ὅτι τῷ Σακλά*] D. Augustinus de Hæres. Adam & Evam ex parentibus sumi asserunt natos, cum pater eorum nomine Saclas sociorum suorum factus omnium devo-  
rasset, & quidquid inde commixtum Divina substantia ceperat, cum uxore concumbens in carne prolis, tamquam tenacissimo vinculo, col-

ligasset. Saclam hunc cum Eva bis congressum fingebant, & e primo concubitu pu-  
erum natum belluina forma; ut est apud Theodoretum lib. i, cap. xxvi Hæret. fabb. Occurrit autem hoc nomen apud Apulejum lib. x Miles. qui illud Ægyptio prophetæ tribuit. Significat autem *Φωνοτα*, five *vo-  
calem*: sicut eam vocem Gaulminus inter-  
pretatur in notis ad vitam Moysis.

10. *Τῆ τῆς πομπῆς*] five Auctor noster id vere dicat, five per contumeliam, ut gene-  
rationis præsidem facultatem *πομπῆς* potius *ἀρχόντου* nominandum indicare velit, duo certe veterum Philosophorum principia hic exprimi videntur, quæ Platoni τὸ νοῦτον, καὶ ἡ ὕλη; Ægyptiis Osiris & Isis, mas & femina, Pater & Mater: Cælum & Terra: de quibus vid. Diodorum Siculum lib. i. p. 17, Cornutum de Natura Deor. Servium ad Virgilium de Hyla, Plutarchum in Iside & Osiride, & quæ nos supra adduximus.

11. *Τῆς Νεβροδῆ*] Theodoretus lib. i. cap. xxvi Hæret. fabb. de Manete: *Καὶ τὴν Ἐβαν ὁσαύτως καὶ τὴν Σακλά καὶ τῆς Νεβροδῆ ἡρώδου. Καὶ τὸν μὲν Ἀδάμ διηρώμενον κτισθέντα, τὴν δὲ Ἐβαν ἀψυχον καὶ ἀκίνητον: similiter & Evam a Sacla & Nebrode genitam. Adamum vero ferino vultu creatum; Evam autem absque anima & motu.*

12. *Τὴν ὕλην*] terram tenebrosam, quam Arimanius, five mens mala, pervagabatur. *Arimanius* Hebr. *Vas obscuritatis*; Græcis Ἀρ-  
ιδης, ut est apud Diogenem Laert. de vitis Philof. in Proemio: Unde apud D. Gregorium Nazianzenum carm. de vita sua legas:

*Οἱ τῷ Μανὶ χαίροντες ἀρχικῶς σκότῳ.*  
Idem Arcanor. carmine iv:

*Καὶ τὸ Μανιχαῖο κακὸν σκότῳ, ἔπαρθη,*

*Ἀριστοτελεῖο Φάος ἀντιθέρον, εἰ θεὸς ἦεν,  
Οὐ σκότῳ; Οὐ γὰρ εἶνε θεῶ κακὸν ἀντιθε-  
ρεῖον.*

*Εἰ σκότῳ, ἢ θεὸς αἶδας ὁμοφροῖεν μὲν  
ἀσέβητος, &c.*

D. Augustinus lib. v Confess. Manichæos do-  
cui-

τῆς ἁρρενικῆς λεγομένης παρθένου μεταλαβεῖν ζωῆς. Ἡ δὲ Ἄδὰμ δὲ ὑπὸ τῆς Εὐας ἀπαλλαγῆναι τῆς θηρώδους.

Ἀναθεματίζω τὸς λέγοντας ἢ κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἰδοῦσα πεφανερωθῆναι τῷ κόσμῳ, καὶ μὴ ὁμολογῆντας αὐτὸν σεσαρκῶσθαι ἀληθῶς ἐκ τῆς ἀγίας παρθένου Μαρίας, τῆς ἐκ Δαβὶδ καταγομένης σαρκὰ ἢ ἀνθρωπίνην καὶ ἡμῖν ὁμοῦστον, καὶ τελείως ἑνανθρωπίσαι, καὶ πεχθῆναι ἐξ αὐτῆς δι' οἰνεαμνηταῖς χρόναις, καὶ ὅπι τελακοσὸν ἔτος ἀνθρώποις συναναστραφῆναι, καὶ βαπτισθῆναι ὑπὸ Ἰωάννου τοῦ ἀγιοπότητος πηδουλάου καὶ βαπτισθῆναι ἐν τῷ Ἰορδάνῃ, καὶ ὑπὸ τοῦ ἑρατῆ, καὶ ἀληθινῶς, καὶ ἀγαθῶς μαρτυρηθῆναι πατρὸς, ὡς αὐτὸς εἶπεν ὁ ἦος αὐτῶν ὁ ἀληθινὸς θεὸς, καὶ ὁμοῦστον αὐτῷ, σαρκώσει τῇ ἐκ παρθένου γενόμενον ἀνθρώπον, μετὰ ἑμῶν μένει θεός.

Ἀναθεματίζω ἐν, ὡς εἶρηται, τὸς ὡςδε πάντες φρονῶντας, καὶ ἄλλοι μὲν λέγοντας εἶναι τὸ γεννηθέντα ἐκ Μαρίας, καὶ βαπτισθέντα, μάλλον δὲ, ὡς αὐτοὶ ληῦσι, ἑβουδοθέντα. ἄλλοι δὲ τὸ ἐκ τοῦ ὕδατος ἀνεληθέντα, καὶ μαρτυρηθέντα, ὅτι καὶ ἀγέννητον ἦν, καὶ φέγγον ὀνομαζέσθαι, ὅτι ὁμοῦστον ἀνθρώπου φανέντα. καὶ τὸν μὲν εἶναι τὸ κακίως ἀρχῆς, τὸ δὲ τὸ ἀγαθῆς μυθολογῶσι.

Ἀναθεματίζω τὸς λέγοντας ἰδοῦσα δοκίσει παθεῖν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. καὶ ἄλλοι μὲν εἶναι τὸν ἐν τῷ σαυρῷ, ἕτερον δὲ τὸν πόρρωθεν ἐστῶτα, καὶ γελῶντα, ὡς ἄλλοι ἀντ' αὐτῶν παθόντων.

Ἀναθεματίζω πίνον τὸς μὴ ὁμολογῶντας αὐτὸν εἶναι τὸν ἐκ τῆς ἀγίας τῆς θεοῦ καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας ἑνανθρωπέντα θεὸν λόγον, καὶ γεννηθέντα,

euisset, mali substantiam habere suam molem tetram & deformem, sive crassam, quam terram dicebant; sive tenuem atque subtilem, sicut est aeris corpus, quam malignam mentem per terram repentem imaginabantur.

13. Ἀρρενικῆς λεγομ.] Theodoretus loco supra allato: Ἡ δὲ φωτὸς ὀνομαζέσθαι διγατῆρα, καὶ ἰσὺν πηδουλάου: quam Luminis filiam nominant, & Jochem appellant. Nomen hoc contractum videtur ex Ἰωὴ Joha, vivificans, & ἑστ' El, Deus.

14. Δοκίσει πεφανερωθῆναι] supra hoc attigimus. videlicet D. Augustinum tomo ix, pag. 315, & tomo x, p. 151, & 369.

15. ἑνανθρωπίσαι] ἑνανθρωπίσαι.

16. ὁ ἀληθινὸς θεός] at hic noster de suo liberalis est, additque, quae in Evangelio Matthaei cap. 111, ceterorumque Evangelistarum

frustra queras. Concedendum hoc abundantiae fidei, quia ex praedictis illa quasi consequuntur.

17. ἑβουδοθέντα] id est, demersum in profundum, ita ut non amplius postea visus fuerit, sed in aquis interierit, & disparuerit; quandoquidem alius pro ipso Christus emerit, seu apparuit, ingenuus Dei filius.

18. φέγγον ὀνομαζέσθαι] sicut & e Luce genitus erat.

19. ἐν ἡμιματι ἀνθρώπου] Theodoretus: Τὸν δὲ κύριον ἔτε ψυχὴν ἀνεληφέναι φασίν, ἔτε σῶμα, ἀλλὰ φανέναι ὡς ἀνθρώπον, εἰ καὶ ἔδεν ἀνθρώπων ἔχοντα: Dominum vero dicebant nec animam assumpsisse, nec corpus; verum, cum nil luxuriantium haberet, speciem tantum hominis exhibuisse. Cerinthus ab his aliquantum distans teste Irenaeo l. 1, c. xxv, Jesum agebat

virgine vitæ participem factam : ceterum Adamum ab Eva ferina illa forma exsolutum.

Exsecror eos, qui dicunt, Dominum nostrum Jesum Christum specie tantum tenus mundo manifestatum esse: quique fateri nolunt, vere eum carnem e beata virgine Maria induisse, (quæ sicut, e Davidis profapia fuit, ita & humanam, ejusdemque, ac nostra est, naturæ carnem accepit) & perfecte hominem factum, & ex ea post novem mensium decursum natum esse: deinceps autem triginta annis inter homines versatum, & a Joanne Baptista, sanctissimo ejus præcurfore, in Jordane baptifatum, a cælesti, veroque, & optimo patre testimonium accepisse, esse eum scilicet filium ipsius verum, & ejusdem substantiæ, qui per indumentum carnis e virgine acceptum homo factus sit, salva tamen integraque divinitate.

Exsecror igitur, uti dictum, aliter sentientes, aliumque esse dicentes e Maria natum, baptizatumque; seu potius, ut ipsi nugantur, demersum: alium vero, qui ex aqua ascenderit, & testimonio illo ornatus fuerit, quem & *ingentum filium*, & *lumen* appellant, in specie solum humana apparuisse. Illum porro a pravo principio, hunc autem a bono generatum fabulantur.

Exsecror eos, qui dicunt, specie tenus dominum nostrum Jesum Christum passum esse: aliumque fuisse, qui in cruce pependerit, alium vero procul stantem risisse, quod alius vicariam pro ipso mortem subiret.

Exsecror itaque eos, qui non fatentur ipsum e sancta Dei genitrice, & semper virgine Maria natum, & carne indutum Deum Verbum, & vere in carne

bat Josephi & Mariæ filium excelluisse justitia: in eum post baptisma Christum descendisse sub columnæ figura, & in fine rursus avolasse, & impassibilem permanisse: Jesum autem passum esse, & resurrexisse. Eadem legem apud Tertulian. de Præscript. c. XLVIII.

20. Δοκίμοι πάντες ] Dogmatis hujus primus inventor Simon Magus fuit, ultimus autem Manes defensor. Inter hosce medius Marcion: item Cerdo; uti supra habuimus. Irenæus lib. i. cap. xxiii: *Quapropter neque passum eum, sed Simonem quendam angariatum portasse crucem pro eo; & hunc secundum ignorantiam & errorem crucifixum, transfiguratum ab eo, uti putaretur ipse esse Jesus: & ipsum autem Jesum Simonis accepisse formam, & stantem eminus irrississe eos.* Eadem fere habet Theodoretus lib. i. Hæret. fabular. c. iv. ubi Basilidem hujus opinionis auctorem fuisse tradit. S. Iguatius Martyr in epist. ad Smyr-

ναος ἀπίστως τινός ait fuisse tum temporis, qui Christum τῷ δουρί πεποιθέντα dicerent. Ipse vero in Epist. ad Trallianos Christum passum ait vere, *βλεπόντων ἐπουρανίων, ἐπιγείων, καὶ ἀσπυρδονίων, spectantibus qui in calo, in terra, & sub terra essent.* Et tamen epist. ad Ephesios idem Ignatius Diabolo arcanum hoc tertium, mortem scilicet Christi, latuisse affirmat: non secus ac mysteria duo priora, Virginitatis Mariæ, ac Nativitatis Christi. In epistola vero ad Philipenses Diabolum dicit somnium illud uxori Pilati immisisse, ne Christus crucifigeretur. Quam belle illa inter se conveniant, vel cæcus viderit.

21. σαρκοθέτη. ] Negabant hoc Valentini; (quos hac in parte Anabaptistæ nostri sequuntur) qui Christum nihil de Maria Virgine assumisse docebant, *sed per illam, tamquam per rivum, aut per fistulam, sine ulla de illa assumta carne transisse.* D. Augustin. de Hæres.

νηθέντα, ἢ κατ' ἀλήθειαν γεννωθέντα σαρκί, ἢ ὀπορώντα ἀληθῶς σαρκί, ἢ <sup>22</sup> τελήμερον ἀναστάντα ὡς θεόν.

<sup>23</sup> Ἀναθεματίζω τὸς <sup>24</sup> τὸν Χριστὸν λέγοντας εἶναι τὸ ἥλιον, καὶ <sup>25</sup> εὐχομένους τῷ ἥλιῳ, <sup>26</sup> ἢ τῇ σελήνῃ, <sup>27</sup> ἢ τοῖς ἄστροις, ἢ ὅλον αὐτοῖς ὡς θεοῖς προσέχοντας, ἢ <sup>28</sup> φανωτάτους θεῶς ὀπορεύοντας, ἢ τὸς μὴ <sup>29</sup> πρὸς ἀναβάλας μόνον τὰ ἀληθεῖ θεῶ εὐχομένους, ἀλλὰ καὶ τῇ ἑῷ ἡλίῳ κινήσει <sup>30</sup> συμπροφερομένους ἐν ταῖς μαρτυρίαις αὐτῶν προσευχαίς.

Ἀναθεματίζω τὸς <sup>31</sup> τὸν Ζαχαρίαν, <sup>32</sup> ἢ Βαδᾶν, <sup>33</sup> ἢ τὸν Χριστὸν, καὶ τὸν Μανιχαῖον, ἢ τὸν ἥλιον, εἶνα ἢ τὸν αὐτὸν εἶναι λέγοντας

Ἀνα-

22. *Τελήμερον ἀναστάντα*] Vide quæ de Lycopetro, sive Tycho, in Triumpho de Massilianis notata sunt. Augustinus eodem de Hæres. libro, non solum mortem verum etiam resurrectionem similiter mentitum Christum, secundum doctrinam Manetis, refert. Idem epist. LXXIV ad Deuterium Episcopum de Victorino Mallianensi subdiacono: Et omnes blasphemias cum illis credunt, quibus Manichæorum hæresis detestanda est, negantes scilicet Christum natum esse de Virgine, nec ejus carnem veram confitentes fuisse, sed falsam; ac per hoc et falsam ejus passionem; et nullam resurrectionem fuisse contendunt.

23. *Ἀναθεματίζω*] Socrates Histor. Eccles. lib. VII. cap. XXXIII: Κοινῇ μέρτοι ψήφῳ πάντες οἱ κληρικοί αὐτὸν ἀντιμαρτυροῦν. Οὕτω ἦν οἱ χριστιανοὶ καλεῖν εἰώθεισαν τὴν κατὰ τὸ βλασφημῶν ψήφον, ὅταν αὐτῶν ἀπὸ τῶν ἐν εὐαγγελίῳ ἀναστάντων φανερῶν τοῖς ἀπασὶ καταθέσταις: Clerici autem communibus suffragiis illi anathema dixerunt. Sic enim nos Christiani sententiam contra alicujus blasphemiam auctorem pronuntiatam solemus appellare, quando eam perinde notam omnibus facimus, ac si columella incisa in loco publico collocaretur.

24. *τὸν Χριστὸν εἶναι λέγ. τὸν ἥλιον*] D. Augustinus adversus Faustum, lib. XX, c. VIIII: *Vestra vanitati placuit, in sole ponere virtutem filii, et in luce sapientiam.* Ἰκανῶς τεκμηριώσθαι, ut ait Theodoretus, τῶν τὸν ἥλιον ἐκλιπῶν ἐν τῷ τῷ σαρκὶ καίρῳ. Idoneo illo usi argumento, quod Sol tempore passionis defecisset.

25. *Εὐχομένους τῷ ἥλιῳ*] nil notius, quam Perlas, & omnes fere orientis populos solem pro Deo coluisse. Vide Josephum de Abrahamo, & Vossium de Idolol. l. II, cap. III: unde unum tantum hunc Leonis Papæ locum

ferm. VII de Nativitate Christi excerptam, ubi & Priscillianitas hujus erroris arguit: *De talibus, inquit, instituit etiam illa generatur impietas, ut Sol inchoatione diurna lucis exurgens a quibusdam insipientioribus de locis eminentioribus adoretur. Quod nonnulli etiam Christiani adeo se religioso facere putant, ut priusquam ad Beati Petri Apostoli Basilicam, qua uni Deo vivo et vero est dedicata, perveniunt, superatis gradibus, quibus ad suggestum ara superioris ascenditur, converso corpore ad nascentem se solem reflectant, et curvatis cervicibus in honorem se splendidi orbis inclinent. Quod autem Leo hic de locis eminentioribus addit, e veteri superstitione est, excelsa ad Deorum cultum loca deligentium. Sic de culmine Idæ montis Phrygiæ Sol oriens salutari quondam solitus. Plura huc facientia et Fortunius nostris peti poterunt. Ceterum Manichæos Solem & Lunam adorasse ipse quoque D. Augustinus asserit epist. LXXIV ad Deuterium Episc.*

26. *ἢ τῇ σελήνῃ*] In hanc enim animas scientia dogmatis sui perfusus evehi, eamque suo lumine illustrem reddere, cum lucida sit animæ natura, Manichæorum antistes docebant. Plenam vero tum videri Lunam, cum eam animæ replevisset ex hac vita discedentes: a qua deinde tamquam e minore navigio exoneratæ intra solem reciperentur, indeque in ævum beatorum exponerentur. Ita Archelaus apud Epiphanium.

27. *ἢ τοῖς ἄστροις*] quia sunt lucis ἀρχὴματα, seu vehicula. Ceterum stellæ pro Diis olim habitæ: unde apud Horapollinem legas stellam Dei esse symbolum Hieroglyphicum. Plura de stellarum cultu videtis apud Moysem Maimonidem de Idololatria toto capite primo. Inprimis vero orientalibus Veneris stel-

la

carne passum, & verè in carne mortuum esse; tertio vero die resurrexisset, ut Deum.

Exsecror eos, qui Christum Solem esse dicunt, & Solem ac Lunam, ceteraque sidera venerantur, ac omnino veluti Deos colunt, & lucidissima numina nominant: item eos, qui non modo in orientem obversi vero Deo preces suas offerunt, sed & cum ipso Sole in profanis ipsorum comprecationibus circumaguntur.

Exsecror eos, qui Zaradam, & Budam, & Christum, & Manichæum, & Solem unum eundemque esse statuunt.

Ex-

la culta fuit, tam Luciferi quam Hesperii nomine nota. Secuti sunt illos Saraceni. D. Hieronymus in vita S. Hilarionis: *Pervenit Elusam eo forte die, quo anniversaria sollempnitas omnem oppidi populum in templum Veneris congregaverat. Colunt autem illam ob Luciferum, cuius cultui Saracenorum natio dedita est.*

28. Φανατάτης Θεός] 1. Φανατάτης, λαμπρότατης. Φάνης, lucidus. Hinc Φάνης Orpheo Dies apud Theonem Smyrnæum; & Phanes Osiris Bacchus, Sol apud Ausonium in Epigr. & Φάνης Apollo apud Photium p. 246. ac Suidam, & Plut. in ei: qui & Φαναίος Hefychio, ac Macrobio in Saturnalibus. Rursus Orpheus hymno in Protopogonum:

— Κατὰ κόσμον  
Λαμπρόν ἄγων Φάνος ἄγων, ἀφ' ἧς Φανήτα.

Κικλήσκω. —

Plura de ea voce Bullialdus in notis ad Theonem p. 286.

29. Πρὸς ἀνατολὰς] sicut Christiani ceteri, quibus & hoc solemne, ut ad orientem conversi Deo preces suas offerrent: quod a gentibus acceptum. Sacrificaturi enim ad orientem solem se obvertebant. Servius ad Virg. sed & expiationes eodem modo fiebant. Scholiast. Sophoclis p. 287. vid. & Heinsium ad Sil. Italicum p. 123, l. xii, vers. 172. idem factitabant & simpliciter precaturi. Hinc elegans jocus est Plautinus Curcul. l. 1: ubi cum alter dixisset, *Quo me vertam nescio*; respondet alter,

*Si Deos salutas, dextroorsum sentio.*

Quia Oriens dextra manu, occidentalis caeli plaga sinistra denotatur: quod & in Gemma Abraxæ Leonardus Augustinus notavit. Hinc apud Romanos *sinistra* auguria prospera erant; ut apud Virgilium,

— si quem

*Numina laeva sinunt.*

Quia sinistra numinum, ut recte Servius ait ad lib. 11. Æn. v. 54, sunt dextera intuentibus. Contra laevum, seu sinistrum infelix, cum de humanis rebus sermo est. Quare sinistra stulta veteribus, dextera prudentia, ut est apud Suidam in Φερσίδων. Solus enim Deus sapit. Plura hoc de ritu infra dicentur.

30. συμπεριφορῆς] Augustinus contra Faustum l. xx, c. v: *Ad solis gyrum vestra oratio circumvolvitur. Idem de Hæres. Orationes faciunt de solem per diem, quaquaversum circumit; ad Lunam per noctem, si apparet: si autem non apparet, ad aquiloniam partem, qua Sol, cum occiderit, ad orientem revertitur, stant orantes.* A Persis, Sive Orientalibus Aegyptii acceperunt, & ab his Pythagoræi. Pythagoras enim suos συμπεριφορῆς ἀποκρίνεις volebat: de quo ritu videlicet commentatores Apuleji l. xi Miles. & Suetonii in Vitellio.

31. τὸν Ζαρόδαν] Zaradas, teste Theodoro serm. ix. de legibus, Persarum legislator fuit, qui primus conjugium parentum cum liberis, & fratrum cum sororibus instituisse fertur. Apud Photium Theodori de Magia Persica libri 111 recensentur, quorum primo profanum Persarum dogma a Zarada profectum refutavit; qui mihi idem hic Zaradas esse videtur. Rursus apud Plinium l. xxx Nat. Hist. c. 1 Zarati Magi mentio fit; & a Plutarcho Zaretas Chaldaus Pythagoræ præceptor fuisse memoratur, qui Porphyrio in vita Pythagoræ Chaldaus Zabratius vocatur, Clementi vero Alexandrino Strom. 1, ex Alexandri libro de Symbolis Pythagoricis, Nazarathus Assyrius; nisi illic Mazarathus potius legendum est; sic ut τὸ Μαῖ articuli speciem, sive usum obtinere videatur. Ita ut plures eodem nomine fuisse hinc liqueat, sicut

cut

Ἀναθεματίζω τὸς ἅ τ' ᾠδύκλιτον, ὃν ἐπηγήλατο πέμπειν ὁ  
κύριος, ἑλμῶντας λέγειν τὸν δαίλιον Μάνεντα, καὶ μὴ ὁμολογούν-  
τας τὸν ἀληθινὸν ᾠδύκλιτον τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ τοῖς ἀγίοις  
ἔχει μαθηταῖς καὶ ἀποστόλοις ἐπεφοίτησεν ὃν τῆ τῆς πεντηκο-  
στῆς ἡμέρα, δι' ἧ καὶ πᾶς ὑπὸ τὸν ἕρπον ᾠδύκλιτος ἔγνωσαν,  
καὶ νεκρὸς ἠγείραν, καὶ τὰ ἄλλα παραδοξα εἰργάσαντο.

Ἀναθεματίζω τὸς ἅς ἀνθρωπίναις ψυχαῖς λέγοντας ὁμοσίως  
εἶναι τῷ θεῷ. καὶ ἀπὸ τῆς ὕλης καταποθῆναι, καὶ καθέξουσαν τὸν  
θεόν,

cut & plures fuere Zoroastræ. Primum vero Zoroastrem eundem nonnulli ac Zaradam fuisse existimant; qua de re videlicet Seldenum de Diis Syris l. 11, 1: & De Jure Nat. & Gentium lib. 111, cap. 19; item Bochartum in Phaleg. lib. 14, cap. 1. Habuimus & superius Zarouam eodem Zafrade, seu Zarada nomine appellatum: & illud quidem nomen ab Arabico Zarabou ab aliis derivatum, quasi omnium sator esset ac genitor. Ego vero cuncta hæc libentius a voce Ζαρόν ἡ ὀριεν, vel orientalis, seu claritas, Gr. ἀόγη, derivaverim. Unde Ζαρόν, orientalis, & Ζαρόν Diana, Perfice, apud Hefychium. Quare apud Photium in Theodoro Mopsuestiæ Episcopo superius citato, ubi de Ζαράμ agitur, dicitur, ὃν καὶ ἀρχαῖοι πάντων εἰσαγῆ Ζαρόν, ὃν καὶ τὸν καλεῖ, Quem ἔτι universi ducem ac principem inducit Ζαράδης, quem ἔτι Fortunam nominat. Legere malim, ὃν καὶ ἀόγη καλεῖ, quem ἔτι splendorem nominat. Quamquam non me fugiunt illa Platonis lib. 14 de legibus: Ὡς θεός μὲν πάντα, καὶ μετὰ θεῷ τύχη καὶ κατὰ τὴν ἀνθρώπων διακυβερῶσι ζῶντα πάντα: Deus enim, ἔτι post Deum Fortuna, atque Tempus humana cuncta moderantur. Nec non Lunam, sive Dianam, quam Ζαρόν paulo ante Persis dictam fuisse indicavimus, Fortunam veteres perhibuisse memini, quod pluribus Gallorum in his literis eruditissimus Huetius docet Not. in Originem, p. 109: quia Lunaris potestas in rerum ortu & interitu maxima est, & efficacissima. Unde ei & calathus in capite in nummo Victorini, apud Anton. Augustinum tab. LXII 3: qui in capite Dianæ, seu Lunæ novæ, τῆς τῶν καρπῶν κατεργασίας, ἢ ἀνατρέφει, i. e. fructuum productionis, quos educat ἔτι nutrit, symbolum est, teste Porphyrio apud Eusebium in Pr. Eu. l. 111. sicut non alia quoque in 14 Horarum, sive anni temporum,

Janique capite effictorum calathorum ratio est, prout in antiquis nummis & monumentis exhibentur. Præterea Fortuna nonnulli in sublunaria potestatem habet, ἐπεὶ ὡς σι- λῆνη εἶναι ἐν οὐρανῷ ἀνθρώποις: siquidem supra Lunam nihil omnino forte fortuna fieri potest, ut Sallustius ait c. 19 de Diis. Veruntatem, quia bonus Manetis Deus Lux fuit, etymon hoc mihi a luce, sive claritate, παρὰ τὴν ἀόγη, deductum videtur: adeoque hæc emendatio magis placet. Notatu hic dignus est locus Regum lib. cap. 1, vers. 31, ubi de Salomone lxx interpretes habent, καὶ ἐσοφίσατο ὑπὲρ πάντας τῶν ἀνθρώπων, καὶ ἐσοφίσατο ὡς Γαδαν τὸν Ζαρόν, καὶ τὸν Αἰνάν, &c. id est, ἔτι prudentior, seu sapientior erat cunctis hominibus, atque etiam Gatha Orientali (sive sapiente, seu Philosopho) ἔτι Ἐνανο, &c. Erant enim tum Orientales omnes sapientiæ laude clari Magistri, & Philosophi, Brachmanum appellatione notissimi. Dixerat autem scriptor præcedente versu, Salomonem omnem Orientalium & Ægyptiorum sapientiam sua superasse. Hoc autem sequente speciatim celeberrimos ea ætate sapientiæ antilites nomine designat. Possit & de Chaldeis, vel etiam de Persarum Magis hæc vox Orientalis accipi, quia Persæ Judæis ab oriente. Et hinc in N. T. ἀπὸ τῶν ἀνατολῶν ex oriente, venisse Magi dicuntur. Familiare vero hoc istis gentibus nomen fuisse a variis S. S. locis liquet. Sic filius Zarā Symeonis, atque item alius Judæ, Numeri cap. xxvi, vers. 13, & 20 nominatur. Et Zarē Rex Æthiopum Paralipom. l. xiv, vers. 9. multique passim alii: nec non Zaraias filius Ozi Esdr. vii, 4: a splendore scilicet. Unde & Augeias Solis filius, cujus Hercules stabulum purgavit: & ipse Sol Αἰγύπτου, ut est apud Photium, p. 456, & Hefychium in voce Αἰγύπτου. & Αἰγύπτου Nympha Solis & Νεραῖα filia; sive ea vox Νεραῖα a verbo νεῖν deducta est,

Exsecror eos, qui Spiritum Sanctum, quem Dominus se missurum promiserat, infelicem esse *Manetem* dicere sustinent, neque verum Paracletum veritatis Spiritum confitentur, aut agnoscunt, qui sanctis Christi discipulis & apostolis die quinquagesima supervenit, per quem & omnes sub cœlo linguas cognorunt, & mortuos excitarunt, & cetera miracula pararunt.

Exsecror eos, qui animas humanas unius ac Deum esse substantiæ dicunt, & a materia absorptas; Deum vero confidentem inde eas

cx

est, quæ ratione Lunam significare possit, in quam *vis*, descendit, ac proficiscitur e sole lumen; sive a voce *vis*, *notus*; item *Αἰγλαῖος* Æsculapius apud Helychium, Solis Apollinis filius. Quin etiam nunc *Perfex argentum Zar* vocant, eadem splendoris de causa: & *Zarduxt* ipsis *amicus ignis* est. Ejusdem originis est *Zariaspes* fl. Bactrianæ, *Zarnana*, civitas Armeniæ, & *Zarangai*, Indiæ populus.

32. Καὶ Βυδῶν ] alius est Βεσλας ille, sive *Budda*, ut est apud Suidam, quem Brachmanem fuisse Clemens Alexandrinus refert lib. 1 Strom. & ab Indis tanquam Deum cultum. Verba Clementis sunt: Εἰσι δὲ τῶν Ἰνδῶν, οἱ τοῖς Βεσλα πειθόμενοι ἐπαγγελμασιν, οἱ δὲ ὑπερβολῶν σμυνοῦντες ὡς θεῶν τετιμωμένοι. Sunt autem ex Indis, qui Buitæ præceptis obsequuntur, quem ob sanctitatis excellentiam pro Deo colunt. Tempora namque non conveniunt. Manes enim sub Valeriano vixit; Clemens vero sub Commodò & Pertinace. De nostro loquitur D. Hieronymus lib. 1 adversus Jovinianum, ubi ait, quem e latere suo virgo dicitur generasse: ne scilicet per immunda transiens loca corporis impuritatis aliquid contraheret.

33. Καὶ τὸν χειρὸν ] Eusebius lib. vi Hist. Eccles. c. xxxi, de Manete: εἰκόλεθα τῆτοι ἐγχειρῶν χειρὸν ἑαυτοῦ μορφήσδαι ἐπειροῦτο. Τότε μὲν τὸν Παροῦκλητον, καὶ αὐτὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον αὐτὸς ἑαυτοῦ ἀνακρούσων, καὶ τυφελὸν ἦν ἐπὶ τῇ ματιᾷ. Τότε δὲ οἷα χειρὸς μαθητῆος δαδῆκα κοινοῦς τῆς καρποτομίας, αἰσθησάμενος: Et his quidem consimilia aggressus Christi simulare ac induere personam conatus est. Et aliquando quidem Paracletum & Spiritum Sanctum se esse ipse predicabat, infania turgidus; quandoque vero ac si Christus esset, duodecim discipulos nova doctrina sua participes futuros ac præcones eligebat. Exemplum hujus erroris a Menandro Samarite petiit, qui se eum esse, qui missus foret ab invisibilibus, asserbat, salvatorem pro salute hominum; ut est apud Ire-

næum lib. 1, c. xxi. Sed ut inconstans erat Manes, ita nonnunquam se a Christo missum, & Christi discipulum agebat. Unde Clementianus Manichæus in femore scriptum habebat, *Manichæus discipulus Jesu Christi*; ut est apud Victorem Uticensem, seu potius Vitensem, lib. 11, p. xi.

34. Τὸν Παροῦκλητον ] ad exemplum Montani, qui & ipse se Spiritum Sanctum esse jactabat a Christo promissum: seu potius Spiritum Sanctum in se primum, & Priscam, ac Maximillam descendisse ferebat. D. Hieronymus ad Marcellam adv. Montanum.

35. Ομοιωσῖς εἶναι ] D. Augustinus Epist. lxxiv ad Deuterium Episcopum; *Animas non solum hominum, sed etiam pecorum, de Dei esse substantia; & omnino partes Dei esse arbitrantur. Deum denique bonum & verum dicunt cum tenebrarum gente pugnasse, & partem suam tenebrarum principibus miscuisse, eamque toto mundo inquinatam & ligatam per cibos Elefhorum suorum, ac per Solem & Lunam purgari asseverant: & quod purgari de ipsa parte Dei non poterit, in fine sæculi æterno ac poenali vinculo colligari: ut non solum violabilis & corruptibilis, & contaminabilis credatur Deus, cujus pars potuit ad mala tanta perducī, sed non possit saltem totus a tanta coinquinatione, & immunditia, & miseria, vel in fine sæculi purgari.* D. Hieronymus adv. Joannem Hieros. Dicit animas hominum non partem Dei esse natura: quasi Manichæus nunc ab Epiphanio sit vocatus. Idem ad Marcellinum & Anaplychiam: *suter anima statu memini vestra quasiuncula, immo maxime ecclesiastica questionis: utrum lapsa de calo sit, ut Philosophus, omnesque Platonicæ, & Origenes putant: an a propria Dei substantia, ut Stoici, Manichæus, & Hispania Priscilliani hereses suspicantur: an in thesauro habeantur Dei, olim condita, ut quidam Ecclesiastici stulta persuasionem confidunt: an quotidie a Deo fiant, & mittantur in corpora, secundum illud, quod in Evangelio scriptum est: pater*

S

meus

θεόν, καὶ ταύτας ἔξαντλεῖν, καί τωθεν δὲ <sup>16</sup> ἀφ' ἧς ἡλίας καὶ τῆς  
σελήνης, <sup>17</sup> ἃ καὶ πλοῖα καλεῖσιν.

Ἀναδεμαπίζω τῆς <sup>18</sup> τὴν μετεμψύχωσιν δοξάζοντας, ἢν καὶ αὐ-  
τοὶ καλεῖσιν <sup>19</sup> μεταγισμοὶ ψυχῶν, καὶ πᾶς βοῶνας, καὶ τὰ φύτα,  
<sup>20</sup> καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὰ ἄλλα πάντα <sup>21</sup> ἔμψυχα εἶναι ὑπολαμβάνον-  
τας. καὶ τῆς πᾶσι κόπιθις, ἢ πύλοντας, εἰς ἐκείνα μεταβλη-  
θήσε-

meus usque modo operatur, & ego operor: an certe ex traduce, ut Tertullianus, Apollinarius, & maxima pars occidentalium autumant: ut, quomodo corpus ex corpore, sic anima nascatur ex anima, & simili cum brutis conditione subsistat.

36. ἀφ' ἧς ἡλίας ] Verbum εἶναι hic deesse videtur. Porro Veterum hæc Phrygum, & Attinis ac Cybeles sacra colentium opinio fuit, quemadmodum ex his Juliani Imp. liquet, Orat. v, p. 322: Ἐξω ἡδὲ τῆς αἰτίας, ἢ φασὶ τοῖς θεοῖς εἶναι τὸ φῶς σύνδρομοι, ἔχον αἰεὶ πρὸς τοῖς ἀφιδῶναι τῆς ἡμέρας σπινδασί τὰς ἀναγωγὰς αἰτίας ἡλίου. σκοπεῖ δὲ ἡμερῶν. Ἐλκεν ἡδὲ τῆς γῆς ἅπαντα, ἢ ἀποκαλεῖται, ἢ βλαστᾷ, ποιεῖ τῆς ζυγοῦσι ἢ θανάτω ἢ ἰσχυρῶν, ἀφαιρῶν, εἰρημῶν, ἀφαιρῶν λεπτοτήτων τὰ σώματα, καὶ τὰ φύσει φροῦδρα κατὰ καφίλα. Τὰ δὲ τοιαῦτα τῶν ἀφανῶν αὐτῆς δυνάμεων ποιητῶν τεκμήριον. Ὅτι ἐν τοῖς σώμασι ἀφ' ἧς σωματοειδῶς ἴεμι, ἔτω τὸ τοῦ ἀπιδῶναι τῆς πᾶσι ἢ διὰ τῆς ἀφανῶς καὶ ἀσώματος πάντη, καὶ θείας, καὶ καθαρῆς ἐν ταῖς ἀκρίτοις ἰδρυμένης ὁσίας ἔλκεν, καὶ ἀνάξει τὰς ἐπιτοχὰς ψυχῶν, & μοχ: διδασκῶν δὲ καὶ ἀνάγωγος φύσει τὸ τῶν ἀκρίτων τῶν θεῶν ἀφ' ἧς τῆς φανερῆς ἐνεργείας, καὶ τῆς ἀφανῶς, ἢ ἢ παρὰ τῆς ἀναγωγῆς ψυχῶν. Id est, Extra illam causam, qua Deos comitari semper lumen ajunt, iis, qui ex hac vi-za dimitti festinant, favere, ac velut occurrere, attractivos solis radios existimo. Liquido hoc ita perspice. Protrahit enim cuncta e terra, elicitque, ac germinare facit vivifico suo & admirabili calore, ad extremam usque, ut arbitror, tenuitatem corpora diducens, eaque, qua deorsum feruntur, allevat. Et ex his sane, qua visu percipiuntur, de iis, qua videri nequeunt, Solis facultatibus ac potentis conjectura facienda est. Nam qui in corporibus corporeo tantum valet, & efficit calore, quæ non invisibili illa, & incorporea plane, ac divina, puraque in radiis ipsius collocata essentia attrahere, & ad se evehere felices animas censetur? Et post paulo: τίς αὐτὴν naturὰ ἀ-

tractiva Dei hujus radiorum jam ostensa est cum per visibilem ejus efficaciam, tum per invisibilem, qua plurima sursum elata sunt anima. Alias, quia Saturnus planetarum maxime sublimis est, animaque e caelo supremo in corpora mitti credebantur, vim iis descenditibus intelligendi & contemplandi sublimia a Saturno inferi veteres credebant, præsertim Platonicæ, easque ab eodem innumeris angustiis liberatas ad cælum, & ad originis suæ primordia revocari; ut est apud Julium Firmicum Maternum de Errorum profanæ relig. Verum Plato soli quoque eam vim tribuit: & accepit hoc a Pythagora; Pythagoras autem ab Ægyptiis, vel etiam a Chalæis, & Persis, habuisse videtur. Vehiculum enim quoddam animarum tradit, quo ad terreni corporis commercium a Deo descendebant, purgatæque deinde Mathematicis disciplinis, & vinculis corporis exsolutæ, eodem ad Deum revehebantur. Qua de re plura Holstenius de vita & scriptis Porphyrii cap. viii. Quin & ipse Porphyrius de Antro Nympharum Theologorum eam esse sententiam dicit, Solem & Lunam animarum portas esse, easque per Lunam descendere, per Solem vero ascendere.

37. ἃ καὶ πλοῖα καλεῖσιν ] D. Augustinus de hæresibus: Quidquid undique purgatur luminis, per quasdam naves, quas esse Lunam & Solem voluit, regno Dei tamquam propriis sedibus reddi. Quas itidem naves de substantia Dei pura perhibent fabricatas: lucemque istam corpoream, animantium mortalium oculis adjacentem non solum in his navibus, ubi eam purissimam credunt, verum etiam in aliis quibusque lucidis rebus, ubi secundum ipsos tenetur admixta, crediturque purganda, Dei dicunt esse naturam. Heraclitus sidera, ut & Solem ac Lunam, collectos in convexis scaphis ignes esse statuit, ut est apud Hesyechium Illustr. in Heraclito. Ægyptii autem Deos suos in navigiis stantebant, significantes Dæmones, seu spiritus ferri super aquas, & ad generationem pronos esse. Porphyrius de Antro

exhaurire, & ope Solis ac Lunæ *deorsum* mittere, quos & *navigia* vocitant.

Exsecror eos, qui transmigrationem animarum statuunt, quam & *animarum de vase in vas defusionem* appellant; herbasque, & plantas, & aquam, ceteraque alia omnia animalia esse existimant; quique illa lædunt, velluntve, in ea mutatum iri tradunt: nos autem Christianos, qui

tro Nymphar. Martianus Capella lib. 11 extremo. Clemens Alex. Strom. v. Suevorum aliqui, ut est apud Tacitum de Mor. Germ. (cui, *unde causa & origo peregrino sacro, parum compertum*) Iliidem, sive Lunam *in modum liburnæ figurato signo*, quod navigii genus, coluere.

38. Τὴν Μεταμύθωσιν ] quæ toti Orienti fere afferta: ita ut & Judæos in partes suas traxerit: quorum Rabbini multa de Revolutione habent animarum. Eandem Simon quoque magus asseruit, Helenamque suam Græcam illam Helenam fuisse finxit, Trojani belli causam. De qua videtis Irenæum l. 1, c. xx. Docebant eandem & Gnostici.

39. Μεταγίσιμον ] D. Augustinus de Hæres. aliam hanc, & diversam a Manichæis fuisse sectam docet, quibus *Metangismonitarum* inde nomen datum. Hi enim Metangismon asserentes dicebant, sic esse in Patre filium, quomodo vas in vase: quasi duo corpora carnaliter opinantes, ita ut filius intret in patrem, tamquam vas minus in vas majus. Unde & tale nomen hic error accepit, ut μεταγίσιμος Græce diceretur. Ἀγείων quippe illa lingua vas dicitur.

40. καὶ τὸ ὕδωρ ] Hinc Naiades, Crenides, Epipotamides, Limnæ, Puteales, & omne fontium, fluminum, ac maris præfidum Nympharum genus ortum: de quibus aliqua apud Homeri Scholiasten legere est in Iliad. ὅ, nec non apud Porphyrium de Antro Nympharum. Omnium vero aquarum Rex φιλβάν in antiquo Ms. Gr. Cod. apud Gaulminum appellatur, in not. ad PSELLUM, qui libro de Dæmon. p. 82, postquam inter sex Dæmonum genera Aqueum & Marinum numerasset, ita de his loquitur: ὅσοι μὲν γὰρ εἰς ὕδατος βίωσι, καὶ τὸν μάλθ' ἀκατάστατον ἐστὶν ὡς ἀγγυρῶν, ὄρνιθι τε, καὶ γυναιξίν ἐμφερέως ἑαυτοὺς ποίωσι. διὸ καὶ Ναιδάς τίνες, καὶ Νερηίδας, καὶ Δρυάδας θηλοκῶς καλεῖσιν Ἕλληνας παῖδες: Quicumque vero ex his in humido degunt, ii & molliorem vivendi sectantur rationem, & avium ac mulierum formas induunt. Unde & Naiades illos, ac Nereides, & Dryades feminino Græci nomine appellant.

41. Ἐμφύχη εἶναι ] inter Dogmata Manichæorum & hoc erat, animam rationalem non hominibus tantum, sed & brutis animalibus, & plantis inesse, sicut supra indicavi: Huc mihi Origenes respicere videtur l. 1. adv. Celsum, p. 16: ἦσαν εἶναι παρὰ Κέλσῳ καὶ τοῖς ὁμοίοις αὐτῶν, λογίζεται τὸ μὴ εἰς λογικὰ μόνον καὶ θνητὰ ζῶα, ἀλλὰ καὶ εἰς ἀλόγα κατὰ γένος τὴν θείότητα, ἐπὶ τὴν μεθικτὸν μεταστροφάτων τὴν περὶ τῆς πίπτουσης διὰ τῶν ἀφίδων τὴν κατὰ ψυχῆς, καὶ εἰς τῶν ἀλόγων ζῶων &c. καταβασίσης. Sic ut jam vetus, & sine dubio, ut alia reliqua, ab oriente petatum hoc Manetis dogma videatur. Quare tam auditoribus quam Electis suis carnis abstinendam Manes imperabat, & plantarum atque arborum custodiam & curam. Quod si quis carnem comedisset, in istiusmodi animal animam ejus transfiguram affirmabat: ita & si quis plantam, aut arborem læsisset, aut convellisset, in eam post mortem animam illius inclusum, ejusque ramis illigatum iri, ita ut inde exire non posset, nec miseria liberari, nisi ea excideretur, aut interiret. Unde revolutio hominis in arborem pro ingenti pœna, non tamen summa, Manichæis habita. Quin & si quis Electorum sciens pomum, vel folium, ex arbore decerpisset, *stagnaculi corruptorem* esse dicebant: de quo suo loco. Ceterum fructus, aut herbas ab auditoribus lectas compensatione quædam expiari, dum sanctis, Electisque, ad manducandum data ab his purgarentur: atque ita peccatum illud aboleri. At in animalibus occidendis aliam rationem esse, nec id cuiquam permisillum, quod earum carnibus Electi abstinere, adeoque illas manducando non purgarent. Adeo ut si quis seu bubonem, seu murem, seu serpentem, vel qualecunque animal, (exceptis cimicibus, pediculis, & pulicibus, quibus & Benjani etiam nunc in India parcunt) occidisset, in idem animantis genus animam ejus post mortem migraturam assererent; quare & factum tale, sive arborem eruerent, seu animal necarent, *homicidium* appellabant.

ἴησονται φάσκοντας, καὶ ἡμᾶς τὸς χριστιανὸς, τὸς μὴ ἀδεχομένους τὰς θιαύτας μυθολογίας, καλέντας <sup>42</sup> Ἀπλαναεῖς.

Ἀναθεματίζω τὸς ἀρεμδύς <sup>41</sup> ἢ τὸ σαρκὸς ἀνάσσειν, καὶ τὸς <sup>44</sup> ἀπανθρωπιᾷ διδάσκοντας, καὶ μὴ συγχωρῶντας <sup>45</sup> δίδοσθαι πένητι. καὶ τὸς <sup>46</sup> τὸ αὐπιξέσιον ἀναρῶντας, καὶ <sup>47</sup> μὴ ἐφ' ἡμῶν εἶναι λέγοντας τὸ εἶναι καλὸς ἢ κακός. καὶ τὸς <sup>48</sup> βρωμάτων ἀπέχεσθαι παρσιπτόντας, ἃ ὁ θεὸς ἐκπίσει εἰς μετάληψιν.

Ἀναθεματίζω τὸς <sup>49</sup> τοῖς οἰκείοις ἔργοις ἑαυτοῦς μιαινόντας, καὶ μὴ ἀνεχόμενος τὰς ρυπαρίας αὐτῶν. <sup>50</sup> τῷ ὕδατι σποπλύνειν. ἵνα μὴ μολυνθῇ φασὶ τὸ ὕδωρ.

Ἀναθεματίζω τὸς <sup>51</sup> ἢ τὸ θεὸν φύσιν ἀρημοσύνην κατεργαζομένους, ἢ μόνον ἀνδρας, ἀλλὰ καὶ γυναῖκας. <sup>52</sup> ἢ δὲ γάμον σποβαλλομένους, καὶ τὸ νενομισμένους πρὸς τὰς γυναῖκας συνουσίας ἀπεχομένους, <sup>53</sup> ἵνα μὴ παιδοποιήσωσι, φασὶ, καὶ ψυχὰς εἰς τὸ βόρβορον <sup>54</sup> τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν καταγάγῃσι.

Ἀναθεματίζω, καὶ καταθεματίζω πάντας τὸς Μανιχαίους, καὶ τὰ τέτων φρονήματα, καὶ δόγματα. <sup>55</sup> σὺν αὐταῖς ψυχαῖς τε, καὶ σώμασι. καὶ

42. Ἀπλαναεῖς] Non vagantes; quorum animae non transirent in arbores, seu plantas, ac animalia: ab ἀπλανής, fixus, sine errore. Πλάνη, error, vagatio.

43. τὴν τὸς σαρκὸς ἀνάσσειν] negabant illam Marcionitæ, corpus non posse fieri particeps salutis dicentes. A Marcionitis Manes sententiam eam accepisse videtur, qui resurrectionem corporum veluti fabulam explodebat, εἶδεν τὸς ἄλλης μόριον ἄξιον ὑπερβολῆς σωτηρίας: nullam materia partem salute dignam presumens.

44. ἀπανθρωπιᾷ] etenim τὴν εἰς τὸς πάντας ἡμετέρας φιλανθρωπιᾶν τὸς ἄλλης εἶναι δεσπετιᾶν, benignitatem pauperibus exhibitam materia cultum esse, ajebant.

45. δίδοσθαι τι πένητι.] D. Augustin. cap. xvi de Mor. Manichæor. c. xvi: Panem mendicanti dare prohibetis: censetis tamen propter misericordiam, vel potius propter invidiam, nummos dari. Et postea: quid si nummis illis, quos dederis, panem emat? Nonne hoc in illo pars illa vestra divina, qui hanc sumit a venditore, passura est, quod passura erat, si te dante suscepisset? Involuit igitur sordibus peccator ille mendicis partem Dei revolare cupientem, tuis nummis ad tantum scelus adjuvans.

46. τὸ αὐπιξέσιον.] D. Hieronymus lib. 11

adversus Jovinianum: Liberi arbitrii nos condidit Deus: nec ad virtutes, nec ad vitia necessitate trahimur. Idem adversus Pelagianos, (qui ita Dei gratiam ponebant, ut non per singula opera eius nitamur, & regamur auxilio: sed ad liberum referebant arbitrium, ad præcepta legis ponentes illud Esaiæ: Legem enim Deus in adiutorium posuit: ut in eo Deo referenda sint gratia, quod tales nos condiderit, qui nostro arbitrio possimus & eligere bona, & vitare mala) hæc regeat: Ceterum nos in eo differimus a brutis animantibus, quod liberi arbitrii conditi sumus: sed ipsam liberum, ut diximus, arbitrium Dei nititur auxilio, illiusque per singula ope indiget. Plura videtis apud Basil. Magnum Homil. vi in Hexaemeron. Theodoret. serm. v. de natura hominis, & in primis Origenem in Genesin sect. 11, & in Exodum, ubi doctrinam de Prædestinatione graviter oppugnat.

47. Μὴ ἐφ' ἡμῶν] non in nostra potestate esse, ut boni, malivo simus. Natura enim nos esse tales docebat.

48. βρωμάτων ἀπέχεσθαι] imo & vino. Ceterum ab animatis abstinere primus Saturnilus iussit: quem secuti sunt Tatianus, & Encratitæ. Sed & e Basilidis discipulis aliquos a carnibus abstinuisse tradit Irenæus l. 1. c.

qui fabulas istiusmodi non admittimus, *Aplanarios*, (id est, non vagantes) vocant.

Exsecror eos, qui carnis resurrectionem negant; quique inhumanam animi duritiam docent, neque pauperi quidquam dari permittunt; item qui liberum arbitrium tollunt, nec in nostra situm esse potestate dicunt, ut boni, malive simus: nec non, qui & a cibis quibusdam, quos Deus in usus nostros creavit, abstinere jubent.

Exsecror eos, qui propria sese urina inquinant, nec, ut fordes suæ aqua abluantur, sustinent, ne, ut inquit, aqua polluat.

Exsecror eos, qui inhonesta contra naturam committunt, non viri modo, sed & mulieres: conjugia autem rejiciunt, & a legitimo cum uxoribus congressu abstinere, ne liberos, ut ajunt, procreent, animasque in humanarum animarum lutum demergant.

Exsecror & devoveo omnes Manichæos, eorumque placita & sententias, una cum ipsis animabus & corporibus, nec non ipsorum abominanda,

xxii. vide & Origenem lib. viii adversus Celsum.

49. τοῖς οὐκ ἐκείνοις ἔποις ] simile quid apud Theodoretum legitur l. i. Hæret. fabular. in Marcione: ubi nosse se quendam senem nonagenarium ait, qui mane, cum surgeret, sputi excremento faciem suam lavabat, causamque rogatus, respondit, sese nolle opus habere creatore, nec aquam, quæ ex illius operibus est, usurpare. Hic autem cum ceteris Marcionitis aquam, & cetera a Deo creatore, quem diversum a Deo Christi patre statuebant, condita, impura existimabat: Manichæi contra aquam nimis mundam, quam contaminare abluendo corpus suum volebant. Posit & huc referri Catullianum illud in Egnatium carmen, qui, ut albedinem dentibus conciliaret, eosdem Celtibera-urina defricabat. Celtiberos autem non dentes modo, sed & faciem, ac totum corpus, lotio sanitatis gratia lavasse, ex Diodoro & Strabone Vossius in notis ad hoc carmen indicat. Ceterum Pfellus lib. de Dæmonibus excrementa humida & sicca eos degustasse tradit, quo sibi benevola & affabilia fierent Dæmonia. Exemplum vero Dæmoniaci propria excrementa devorantis ex Athanasio in vita Antonii Eremitæ adfert Gaulminus in notis.

50. τῶν ἕδατι ] Objicit tamen iis D. Augustinus hujus præcepti transgressionem lib. de moribus Manich. c. xix; *Multi* (Electorum) in vino & carnibus, multi lavantes in balneis inventi sunt.

51. τῶν πρὸς ὅσιν ἀρχιμοσόν ] laudatam Casæ quondam, & Turcis, Italis, Gallis,

haud ignotam.

52. τὸν δὲ γάμον ἀπεβαλεῖ ] primus Saturnilus, sive ut alii Saturninus, *Nubere & generare a Satana esse docuit*, & nuptias *Diaboli doctrinam* appellavit. Theodor. l. iii: Irenæus l. i, c. xxii: *Manes nuptias Diaboli legem esse dicebat*, τὴ διαβολῆ νομοθεσίαν. Idem dein senserunt Enekratitæ. D. Hieronymus l. i adv. Jovinianum: *Nec Tatiani principis Enekratitarum errore decepti omnem coitum spurcum putamus: qui non solum nuptias, sed & cibos, quos Deus creavit ad utendum, damnat.*

53. ἴνα μὴ παιδοποιήσωσι. ] D. Augustinus de moribus Manich. c. xviii: *Nonne vos estis, qui filios gignere, eo quod anima ligetur in carne, gravius putatis esse peccatum, quam ipsum concubitum? Nonne vos estis, qui nos solebatis monere, ut, quantum fieri posset, observaremus tempus, quo ad conceptum mulier post genitalium viscerum purgationem apta esset, eoque tempore a concubitu temperaremus, ne carni anima implicaretur?*

54. τῶν ἀνθρώπων ψυχῶν ] Duas enim in homine animas Manichæi statuebant. Qua de re plura Vossius de Idolol. l. iii. c. xl. p. 464, ubi & multos alios in eadem fuisse docet sententia, & in primis Jacobum Syrum, unde *Jacobitis* nomen. Vid. & D. Augustinum de duabus animabus contra Manichæos, c. xiv. Alias *σωμάτων* legere pro *ψυχῶν* malim.

55. τῶν αὐταῖς ψυχαῖς ] vide eandem formulam in Anathematismis Massilianor.

ἢ πᾶ μυσῆρα, ἢ ἀκάθαρτα, ἢ <sup>56</sup> γρητείας πλήρη μυστήρια, ἢ <sup>57</sup> τὸ καλύμνον αὐτῶν βήμα. ἢ πάντα, ὅσα τελῶσιν ἀδείως. ἀταῖς Μανιχαϊκαῖς, μᾶλλον δὲ γρητικαῖς, αὐτῶν ἀείχεθ' βιβλοῖς.

Αναθεματίζω πάντα τὰ δόγματα, ἢ <sup>58</sup> τὰ συγχεύματα τῶ Μάνεντ<sup>ς</sup>, ἢ τὸ τῷ ἐπιτολῶν αὐτοῦ βιβλίον, ἢ πάσας <sup>59</sup> πᾶς Μανιχαϊκῆς βίβλους, οἷον ἔ νεκροποιῶν αὐτῶν <sup>60</sup> Εὐαγγέλιον, ὅπερ ζῶν καλῶσι, ἢ <sup>61</sup> τὸ Θεσαυρὸν ἔ θανάτου, ὃν λέγουσι <sup>62</sup> Θεσαυρὸν ζωῆς, ἢ τὸ καλεσμένην Μυστηρίων βιβλον, ἐν ἣ ἀνατρέπειν πειρῶνται νόμον, ἢ ᾠσοφίας. ἢ τὸ τῷ Ἀποκρύφων, ἢ τὸ τῷ Ἀπομνημονευμάτων, καὶ τὸ γεγραμμένη <sup>63</sup> Ἄδα, ἢ <sup>64</sup> Ἀδείμαντον, ἢ πᾶ Μασέως, ἢ τὸ ἄλλων ᾠσοφιδῶν. ἢ τὴν λεγόμενην <sup>65</sup> Ἐπίταλον Ἀγαπίς, καὶ τὸ Ἀεισκειῖτε βιβλον, ἢ ἐπεγράφη Θεοσοφίαν, ἐν ἣ πειρῶνται δεικνύειν τὸ Ἰσδαϊσμόν, καὶ τὸ Ἑλληνισμόν, καὶ τὸ Χριστιανισμόν ἐν εἶναι καὶ σὸ αὐτὸ δόγμα. καὶ ἵνα πιθανὰ δόξη λέγειν, καθάπτεται καὶ ἔ Μάνεντ<sup>ς</sup>, ὡς πονηρῶ.

Αναθεματίζω, καὶ καταθεματίζω πάντας τὰς Μανιχαῖς, καὶ πᾶσαν αὐτῶν βιβλον, καὶ πᾶσαν εὐχὴν, μᾶλλον δὲ γρητείας, καὶ πάντας <sup>66</sup> τὰς ἀρχηγὰς αὐτῶν διδασκαλίας, καὶ ὅπισθ' ὅπως, καὶ ᾠσοβυτέρως, καὶ ἐκλεκτῶς, καὶ ἐκλεκτῶς, καὶ ἀκρατῶς, καὶ μα-

56. γρητείας πλήρη μυστήρια ] Theodore-tus: κίρηται δὲ ἢ γρητείας διαφείδωντας, τὰ δυσῆγη αὐτῶν ὀπιτέλις μυστήρια. Τάυηται καὶ δυσέκρηπτο αὐτῶν ἢ διδασκαλία, ἢ τὸν τῶν μυσῆρων ὀργίων μετεληφῶτα λίαν ἐστὶ δύσρηρὸς μετατιθίται τῆς τῶν ψυχοφθῶρων ἐπεργίας δαιμόνων, ταῖς τελῶντων ἐπιφῶν τὰς οἰεῖων καταθεμμένων ψυχῶς: Praestigis quoque admodum utuntur nefaria mysteria sua peragentes: eoque difficilinus elui potest illorum doctrina; ἔ, qui execrandis eorum orgiis fuerit inbutus, hunc arduum profus est dimovere a corruptentium animas Daemonum operatione, qui per initantium incarnationes eorum animas illigant. Hinc D. Augustinus, adversus Manichaeos alicubi, horum adhuc se mysteriorum expertem fuisse profitetur. Forte enim alias non ita facile eorum laqueis fuisset expeditus. Acceperunt illas artes pravas a Basilidianis & Gnosticis, quibus Phylacteria, & amuleta, philtrea, & ἐπιφῶν in quotidiano usu. Illis vero Simon magus praxivit.

57. τὸ καλύμνον αὐτῶν βήμα ] Explicat hoc D. Augustinus libro contra Epist. Manichaei, cap. VIII: Cum saepe a vobis quarerem

illo tempore, quo vos audiebam, quae causa esset, quod Pascha Domini plerisque nulla, interdum a paucis tepidissima celebritate frequentaretur, nullis vigiliis, nullo prolixiore jejunio indicto auditoribus vestris, nullo denique festiviore apparatu, cum vestrum Bema, id est, diem, quo Manichaeus occisus est, quinque gradibus instructo tribunali, & pretiosis linteis adornato, ac in promptu posito, & obiecto adorantibus, magnis honoribus prosequamini: Hoc ergo cum quarerem, respondebatur, ejus diem passionis celebrandum esse, qui vere passus est; Christum autem, qui natus non esset, neque veram, sed simulatam carnem humanis oculis ostendisset, non pertulisse, sed finxisse passionem.

58. τὰ συγχεύματα ] Libri hi Palmyreno & Syriaco sermone scripti fuere; quorum unus viginti duas in partes divisus, quot literae sunt Alphabeti Syriaci, inscribatur Manichaei Mysteria. Erat & alius, cui titulus Theaurus, cujus hic mox fit mentio; cujusque librum septimum citat D. Augustinus de Natura Boni, cap. XLIV. item alius, Theaurus minor. item de Astrologia. Tum & Evangelium Vivum. Item Manetis Epistolatum liber.

da, & impura, & imposturæ plena mysteria; quodque ipsis appellatur Βῆμα, sive altare: & quæcunque porro ab illis impie in sacris fiunt atque celebrantur, Manichæicis, seu potius præstigiaticibus ipsorum libris convenientia.

Exsecror omnia placita, Commentariaque Manetis, ut & librum ejus *Epistolarum*, omnesque porro libros Manichæicos, cujusmodi est mortiferum eorum *Euangelium*, quod *vivum* vocant; & thesaurum mortis, quem ipsi *Theaurum* nominant *vita*; item *librum* ut appellatur, *Mysteriorum*, quo legem & prophetas subvertere conantur; nec non *Apocryphorum* librum, ac *Apomnemoneumatum*, (sive Manetis Dictorum factorumque memorabilem Commentarium) & librum inscriptum Adæ, ut & Adimanti, Moysisque, & aliorum prophetarum. Item, qui dicitur *Agapii Heptalogus*, & quæ ab *Aristocruto* conscripta est *Theosophia*: in qua demonstrare conatur, Judæorum religionem, ac Græcorum, & Christianorum, unam eademque doctrinam esse: utque verisimilia dicere videatur, Manetem quasi malum hominem incessit, ac traducit.

Exsecror & devoveo omnes Manichæos, & omnes eorum libros, & omnes preces, seu potius præstigias, omnesque eorum doctores, antesignanos, ac episcopos, & presbyteros, item *electos* & *electas*, *auditores*, &

ber. Atque hi seu Buddæ, seu Manetis, fuerunt. Ceteri a discipulis scripti sunt.

59. τὰς Μανιχαϊκὰς βίβλους ] miror hic non recenseri τὸν γιγνάντειον βιβλον, quem librum ab Heracliano confutatum e Photio discimus.

60. Εὐαγγέλιον, ὡς τὸ ζῶν &c. ] Inveniuntur apud Photium ex Heracliano Chalcedonensi Episcopo contra Manichæos Excerpta: ubi Diodori meminit viginti quinque libros Manichæorum errores confutantis, quorum septem primi in refellendo, evertendoque τὸ τῆ Μανιχαϊκῆς ζῶντι Εὐαγγελίου consumiti fuerint.

61. τὸν Θεσαυρὸν τῆ θανάτου ] eodem modo, quo S. Ignatius Martyr, in Epist. ad Smyrnæos, Hæreticos συγκυβήτας appellat τὸ θανάτου μάχον, ἢ τῆς ἀληθείας.

62. Θεσαυρὸν ζῶντος ] citat, uti diximus, D. Augustin. locum e lib. vii *Theauri*, de Natura boni, c. xi. iv. scripsit autem inter alios adversus hunc Heraclianum Chalcedonensis Episcopus, ut est apud Photium.

63. Ἀδὰ ] Ἀδὰ eum appellat Theodoretus, primumque inter tres Manetis discipulos nominat, quorum hic in Syriam missus ad prædicandum, sicut Thomas ad Indos. Et fortasse Thomas iste Manetis Apostolus fuit, cujus apud Indos celebre nomen est; quem passim Europæi Thomam Christi fuisse

discipulum existimant. Sed de re obscura incerta conjectura est.

*Ibid. Adæ* ] scripsit contra hunc, qui *Adæ* aliis appellatur, Titus, item Diodorus, teste Photio. Hic autem Adæ liber *Modis* inscriptionem præ se ferebat.

64. Ἀδείμαντρον ] quem solum Manichæis post beatum patrem suum Manichæum stupendum ait Faustus apud Augustin. lib. i, adversus Faustum. Et exstat liber ejusdem Augustini contra hunc Adimantum, tom. vi; ubi inter cetera: *Quid? quod etiam insultare ausus est populo Israel Adimantus, unus ex discipulis Manichæi, quem magnum doctorem illius sectæ fuisse commemorant.*

65. Ἐπτάλογον Ἀγάπης ] Timotheus Presbyter Constantinop. de iis, qui accedunt ad Ecclesiam, Ἀλόγιον nomen substituit: recensetque, quæ hic non memoratur, libros τῶν εὐχῶν, & τῶν κεφαλαιῶν: item, τὴν τῶν γιγνάντων πραγμάτων, & κατὰ Θωμᾶν εὐαγγέλιον, nec non τὸ κατὰ Φιλιππον Εὐαγγέλιον, τὰς προφητείας Ἀνδρέου τῆ Ἀποστόλου, τὴν πεντηκαιδικάτην πρὸς Λαοδικεῖς ἐπιστολήν, & τὰ παιδικὰ τῶν κρυβῶν: quem librum in Cæsarea Bibl. me legisse, sed mutilatum, memini.

66. τὰς ἀρχηγὰς ] vide quæ supra p. 129 de his omnibus notata sunt.

μαθηταῖς, μετὰ τῶν ψυχῶν αὐτῶν, καὶ τῶν σωματῶν, καὶ τῶν ἀφ' ἑαυτῶν ὡς ἀδούσας.

Ἀνάθεμα τῷ πατέρα Μάνεντῶ Πατέκιον, οἷα ψύχην, καὶ τῷ ψεύδεις πατέρα, καὶ τῷ αὐτῷ μητέρα Κάροσσαν, καὶ Γέρακα, καὶ Ἡρακλείδην, καὶ Ἀφθόνιον, τὰς ἰσομνηματιστὰς, καὶ ἐξηγητὰς τῆς τέτης συγγραμμάτων, καὶ τὰς λοιπὰς αὐτῶν μαθηταῖς τὰς ἀπαντας, Σισίνιον τὸν διάδοχον τῆς τέτης μαρίας, Θωμᾶν τὸν συναξαρχὸν τὸ κατ' αὐτῶν <sup>67</sup> Εὐαγγέλιον, Βεδᾶν, Ἐρμᾶν, Ἀδαν, Ἀδείμαντον, Σαρύαν, Γαβριάβιον, Ἀγάποι, Ἰλάριον, Οὐλύμπιον, Ἀεφόκριπιν, Σαλμαῖον, Ἰναῖον, Πάαπιν, Βαριάαν, καὶ Περσέτι, τὰς ἐσχάτοις ὑπεροχέοις προσεδήσαντας τῆς ἀρέσεως, Παῦλον, καὶ Ἰωάννην, τὰς Καλλινίκας παῖδας, Κωνσταντῖνον, τὸν καὶ Σιλουανὸν, Συμεῶνα, τὸν καὶ Τίτον, Γενέσιον, καὶ Τιμόθεον, Ζαχαρίαν τὸν μισθωτὸν, Ἰωσήφ, τὸν καὶ Ἐπαφρόδιτον, Βαάνην τὸν ρύπαρον, Σέργιον, τὸν καὶ Τυχικὸν, καὶ τὰς τέτης μαθηταῖς, τὰς καὶ συνεκδήμους αὐτοῦ λεγομένους. μιχαὴλ Κανακίειον, Ἰωάννην, Θεόδωτον, Βασίλειον, καὶ Ζάσιμον. ὧν οἱ δὴθεν <sup>68</sup> ἀροβαθμώτεροι Νωτάριοι κατονομαζόμενοι τὴν τῷ βδελυκτῶν ὀργίαν ἐνεργεῖζοντῶ ὀπιμέλειαι. ὡς δὲ τῶν ἀναθεματίζω τὸν τρισαλιτίειον Καρβέαν, καὶ τὸν ἐκ γένους μὲν αὐτῶ ἀνεψιόν, ὅπι παιδὶ καὶ γαμβρὸν, Χρυσόχειρα.

Ἀνάθεμα τῶν λεγομένων τῶ Μανιχαίων ἐκκλησίαις, ὡπνὲς εἰσιν αὐτῶ. Ἡ Μακεδονία, ἢ τῶ ἢ ἐν Κωλονία Κίβοσσα. ἢ Ἀραία, ἢ τοι ἢ ἐν Σαμοσάταις Μανάλις. ἢ Λαοδικαία, ἢ τοι ἢ κατὰ Λυκείαν Ἀργαῖς. ἢ Κολαοσαία, ἢ τῶ ἢ ἐν Κυνοχορητῶν, ἢ Ἐφεσίαν, ἢ ἐν Μοφυσία, καὶ ἢ Φιλιππισίαν.

Ἀνάθεμα τοῖς μὴ λέγουσι πατέρα παντοκράτορα ποιητὴν ἕρηνδ καὶ γῆς, καὶ τῶ ἐν αὐτοῖς ὄρατῶν τε πάντων καὶ ἀσχετῶν, ἀλλὰ μόνον πατέρα ἐσπερόν, ἔχοντα μόνον τὴν τῶ μέλλοντῶ ἐξουσίαν αἰῶντῶ, ὡς τῶ παρόντῶ αἰῶντῶ, καὶ τῶ κόσμῳ παντός, ἐκ τῶ αὐτοῦ γινόμενων, ἀλλ' ἔτι τῶ ἐναντίῳ αὐτῶν τῶ ποιητῶ κοσμοκράτορτῶ.

Ἀνάθεμα τοῖς ὑβρίζουσι μὲν τὴν ἀγίαν θεοτόκον Μαρίαν, προσποιουμένοις δὲ τιμᾶν αὐτήν, καὶ νοῶσιν ἀντὶ τούτης τὴν ἄνω Ἱερουσαλήμ, εἰς ἣν, Φασὶ εἰσῆλθε, καὶ ἐξῆλθεν ὁ κύριος. καὶ τοῖς δυσφημοῦσι μὲν τὸν σεβάσμιον σαυρόν, ὑποκρινόμενοι δὲ σέβεισθαι τῶτον, καὶ νοῶσιν ἀντ' αὐτῶ τὸν Χριστὸν, ὡς ἐκτείνας, Φασὶ, τὰς χεῖρας τῶν σαυροῦν τῶτον διεχάραξε. <sup>69</sup> καὶ τῶν ἀποτρεφομένων μὲν τὴν τῶ πρὸς σάμα-

67. Εὐαγγέλιον] Meminimus ejus paulo lius quoque Petrus Siculus. Fuit & aliud ante e Timotheo Presbytero. Meminit il- Scythiani, cujus mentio existat apud Cyrillum

& discipulos, una cum animabus & corporibus ipsorum, atque impiis traditionibus.

Exsecror Manetis patrem Patecium, quippe mendacem, & mendacii patrem; ut & matrem ejus Carossam: item Hieracem, Heraclidem, & Aphthonium, interpretes enarratoresque illius Commentariorum; ceterosque omnes illius discipulos, Sisinium infanix ipsius successorem: Thomam, qui ipsorum conscripsit Euangelium, Budam, Hermam, Adan, Adimantum, Zaruam, Gabriabion, Agapium, Hilarium, Olympium, Aristocritum, Salmaum, Innæum, Paapin, Baraiam; itemque qui extremis postea temporibus sectæ hujus propugnatores exstitere, Paulum & Joannem Callinices filios; Constantinum, qui & Silvanus; Symeonem, qui & Titus, Genesium, & Timotheum: Zachariam mercenarium, Josephum, qui & Epaphroditus; Baanem illum fordidum; Sergium, qui & Tychicus, ejusque discipulos, qui & *comperegrinatores*, sive *peregrinationis* ejus Socii vocantur: Michaellem Canacarium, Joannem, Theodotum, Basilium, & Zosimum. Quorum qui quasi gradu altiores sunt, & *Notarii* appellantur, abominabilium orgiorum curam gerunt. Præter eos & longe scelestissimum Carbeam exsecror, quique illi & genere consobrinus, & per filiam gener est, Chrysochira.

Anathema quoque Manichæorum, ut vocantur, Ecclesiis, quales sunt: Macedonia, sive quæ in Colonia, Cibossa: Achaia, sive quæ Samosatis Manalis: Laodicea, sive quæ in Lycia Argais: Colossensis, sive Cynochoretarum; Ephesiorum: item quæ Mopsuestiæ, & Philippenfis.

Anathema iis, qui non dicunt, Patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ, omniumque, quæ in ipsis visibilia sunt & invisibilia; verum tantummodo; Patrem cœlestem, habentem solum futuri seculi potestatem: ac si præsens seculum, totusque mundus ab eo factus non esset, verum ab adversario illorum malo mundi principe.

Anathema iis, qui sanctam Deiparam Mariam contumelia afficiunt; ipsam vero honore se afficere simulantes illam, quæ supra est, *ιδὴρ*, (limum) intelligunt, quam intrasse & exiisse dominum ferunt. Item, qui de veneranda cruce male loquuntur, ipsam autem venerari se simulant, & pro ea Christum sentiunt, qui manus, ut inquit, extendens figuram crucis expressit. Item, qui a communionem venerandi corporis ac sanguinis Christi abhorrent, ipsamque admittere fingentes,

pro

rillum in Catechesi vi.

68. *αὐθαδμιάριτοι*] dignitate excellentiores.

Hic enim vocula *βαδμῶς* dignitatem significat.

69. *καὶ τοῖς δόσεσιν*] jam diu ante Manetem fuere in Ecclesia, qui ab Eucharistia abhorrent S. Ignatius in Epist. ad Smyrnæos:

*Ἐὐχαριστίας καὶ ὁσωνύχης ἀπέχονται, διὰ τὸ μὴ ὁμολογεῖν τὴν εὐχαριστίαν σάρκα εἶναι τῆς σωτηρίας ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ: Ἀβ Εὐχαριστίας ἔσ' ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ: Ab Eucharistia & precibus abstinent, quia concedere ac fatentur nolunt, Eucharistiam carnem esse Servatoris nostri Jesu Christi.*

T

70. P.



σώματ<sup>⊙</sup> καὶ αἵματ<sup>⊙</sup> Ἐ Χειρῶ κοινῶν; ἀποδέχεται δὲ ταύτην  
 χρηματίζομενοις, καὶ νοθῶν ἀντὶ ταύτης τὰ ῥήματα τῆ Χειρῶ δι-  
 δασκαλίας, ὧν Φασὶ μετὰ διδόντες τοῖς ἀποστόλοις ἔλεγε, λάβετε, φάγε-  
 τε, καὶ πίετε ἢ μυσταγοῦντοὶς μὲν τὸ βάπτισμα, ὑποκεκομητοῦν  
 δὲ πῦτο αὖτις πολλῶ πηροῦ, καὶ νοῦσιν ἀντ' αὐτοῦ τὸ Χειρῶν τὸ λέ-  
 γοντα, Φασὶ, ὅτι ἐγὼ εἰμι τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν, ἢ τοῖς ἐκτεροποῦντοῖς μὲν  
 τὴ καθολικὴν ἐκκλησίαν, ἡμῶν δὲ λέγουσι ταύτην, καὶ νοῦσιν ἀντ'  
 αὐτῆς τάτε ἴδια συνέδρια, καὶ συνακτῆρια. καὶ Ἰωάννη τῷ ἀδελφῷ  
 Παύλῃ, ἢ τὸ αἰρίστωσ αὐτῶν δέχοντες.

Ἀνάθεμα τοίνυν πᾶσι τοῖς εἰρημένοις, καὶ τοῖς πρὸ ὅμοια φρονῶσι,  
 καὶ ἀπαβαλλομένοις μὲν τὰς ἐκκλησίας τῆς Χριστιανῶν, οὓς αὐτοὶ  
 καλῶσιν <sup>70</sup> ῥωμαῖοις. καὶ ὑβερίζουσι μὲν τὴ ἀγίαν θεοτόκον Μαρίαν,  
 ἢ τὸν πῆμον στυρόν, <sup>71</sup> ἢ πᾶς ἱερῆς εἰκόνας, ἢ τὸ σωτήριον  
 βάπτισμα. ἢ ἀποτροφοῦντοῖς μὲν τὴν τῆς θείων μυστηρίων μετέλη-  
 ψιν, <sup>72</sup> ὀμφαλοῖς δὲ βρεφῶν κεκαυμένοις εἰς κείραρον, μᾶλλον δὲ  
 μολυσμῶν, ψυχῶν κετρημένοις, ἢ τὰ ἴδια βράματα τῶν κει-  
 μιῶσιν.

Ἀνάθεμα πῖς τῆ βρώσει τῆς θείων <sup>73</sup> τῆς ἡσιμαίων μολυνο-  
 μένοις. ἢ τοῖς πᾶσιν μὲν ἐκτεροπομένοις <sup>74</sup> Χριστιανικὴν ἡστέαν, καὶ δὲ  
 τὸ κειρὸν τὸ δοκίμοις αὐτοῖς πτωσαρκοῦς <sup>75</sup> τυροῦ τε καὶ γαλακτ<sup>⊙</sup>  
 ἐμφορομένοις.

Ἀνάθεμα <sup>76</sup> πῖς ἀνεκτένοις, ἢ νοθεύουσι τὰ πτωσαρῃ ἢ Χειρῶ  
 θαγγελία, ἢ <sup>77</sup> πᾶς ἢ ἀγίος Παύλῃ τῷ ἀποστόλῃ ἑπιτολάς. ἢ ἀντὶ  
 μὲν τῷ δημηργοῦ τὸ ἀπάντων θεῶ σεβομένοις τὸν λεγόμενον ἄρχοντα τῷ  
 κόσμῃ τῶν. ἀντὶ δὲ τῷ ἀποστόλῃ Παύλῃ τὸν τῆς Καλλινίκης υἱὸν  
 Παύλον ἡμῶσι, ἢ τῶς μὲν πτωσαρῃ αὐτοῦ μαθητῶς εἰς τύπον τὸ πω-  
 στέρων

70. ῥωμαῖοις] uti etiam nunc Catholici  
 Romani a Reformatis ac Lutheran sappel-  
 lantur, quo & ipsi se Catholicos ostendant, sed  
 Apostolicos.

71. καὶ τὰς ἱερῆς εἰκόνας] quas & Arme-  
 nii repudiarunt. Isaacus Catholicus Invecti-  
 va secunda in Armenios, hæresi 19: ὅτι τὰς  
 σπιτάς καὶ ἀγίας εἰκόνας τῆ Χειρῶ, καὶ τῆς  
 θεοτόκου, καὶ τῶν ἀγίων ἢ ἀποστολῶν: & mox  
 καὶ στυρόν ἢ ἀποστολῶν: Venerabiles ἢ  
 sanctas imagines Christi ἢ Deiparæ, ac san-  
 ctorum non adorant; uti nec Crucem. Un-  
 de & ab eodem Manichæis comparantur.

72. ὀμφαλοῖς] exsiccatos scilicet, vel com-  
 bustos in pulverem. infantium umbilicos ci-

bis inspergebant. Dii boni! quid superstitio  
 non suggerit?

73. τῶν ἡσιμαίων] quod in veteri lege  
 prohibitum, & a Christianis observatum.

74. Χριστιανικὴν ἡστέαν] sicut illud quadra-  
 gesimæ apud Catholicos observabatur. Nam  
 suum quoque Manichæi habebant quadrage-  
 simale jejunium; at in illo nec læste, nec  
 caseo abstinebant, ut Græci solent etiam nunc.  
 At in veteri ecclesia a vino tantum & carne  
 abstinebatur; uti Tertullianustradidit de Cul-  
 tu feminarum, c. 1x; & Ildorus lib. vi Ori-  
 ginum, cap. 1x1. Ceterum jejuniis vacare so-  
 litos Manichæos vel hinc liquet, quod virgi-  
 nes illæ viduæ sæpe ante quam nuptæ, apud

D. Hiero-

pro ea verba institutionis Christi mente agitant, quæ cum Apostolis communicans dixit, *Accipite, edite, & bibite*. Quique Baptismum aspernantes, maximi se illum facere præ se ferunt, & interim pro eo Christum dicentem animo agitant, *Ego sum aqua viva*. Item, qui Catholicam Ecclesiam averfati, honorare se illam jactant, proque ea propria intelligunt conventicula, & confessus; ut & Joanni, Pauli sectæ ipsorum Antesignani fratri.

Anathema itaque omnibus hisce, quos diximus; quique simili in sententia sunt, ecclesiasque Christianorum rejiciunt ac damnant, quos ipsi *Romanos* vocant: quique beatam virginem Deiparam Mariam, & venerandam crucem, sacrasque imagines, ac salutare baptismi sacramentum contumeliose spernunt: item, qui divinorum mysteriorum participationem aspernati combustis infantium umbilicis ad purgationem, seu potius pollutionem, utuntur animarum, ipsosque etiam cibos suos iis conspurcant.

Anathema iis, qui se ferarum edendis morticinis inquinant: quique omni damnato Christiano jejunio tempore illius, quæ ab ipsis observatur, quadragesimæ caseo semet & lacte implent.

Anathema iis, qui quatuor Christi Evangelia rejiciunt, aut adulterant, nec non Sancti Pauli Apostoli epistolas, & pro rerum omnium opifice Deo Principem, ut eum appellant, hujus mundi colunt: proque Apostolo Paulo Paulum Callinices filium venerantur, quatuorque ejus discipulos ad instar quatuor Evangeliorum

D. Hieronymum ad Eustochium de custodia virginitatis, festive lepideque viventes, vinoque se inpurgitantes, si quam viderent palentem atque tristem, *miseram, & Manichæam*, vocarent. Idem ad Lucinum: *de Sabbatho, quod queris, utrum jejunandum sit, &c: utinam omni tempore jejunare possimus: quod in Actis Apostolicis diebus Pentecostes, & die Dominico Apostolum Paulum, & cum eo credentes fecisse legimus. Nec tamen Manichæa hereseos accusandi sunt, cum carnalis cibus præferri non debuerit spiritali, Manichæi enim die Dominico jejunabant, ut D. Augustinus testatur epist. lxxxiv, contra Ecclesie Catholice morem & instituta. vide Canonem Eccles. univers. lxxxvii, Hieron. adversus Luciferianos, & Lucinum; ubi multa egregia: Nicephorum Callist. l. ix, c. xvi. Quare Eustathius Sebastienfis Episcopus exauctoratus fuit, quod, ut Dominicis diebus jejunaretur, stata jejunia averfatus, constituisset, conjugiumque & carnem prohibuisset; idem Nicephorus Call. l. ix. Hist. Eccl. c. xlv.*

75. τὴν τε καὶ γάλακτι. ] Ita & Arme-

nii τρώγουσι τὴν ἁγίαν πεντακοστήν, σάββατον, καὶ κυριακὴν τυρόν: vescuntur caseo in quadragesima, Sabbatho, & Dominica, ut est apud Isaacum Catholicum, ut supra.

76. τοῖς ἀρνυμένοις ] Marcion Lucæ Evangelium rejiciebat, omniaque de Christi generatione, quem a Deo Patre, qui esset super mundi fabricatorem Deum, in hominis forma manifestatum legem, omniaque illius Dei, qui mundum creasset, dissolvisse negabatur. Ebionæi vero solo Matthæi Evangelio utebantur, Paulum ut Apostatam rejicientes, ritusque Judaicos observantes. Irenæus lib. i, cap. xxvi, & xxxix.

77. τῆ ἁγίᾳ Παύλῳ ] ab Helcesaitis hanc opinionem mutuatus est hæresiarcha, qui Pauli scripta rejiciebant, & abnegare Christum rem esse indifferentem ceniebant; ut est apud Origenem in Psalmum lxxxvii. Sed & a Marcione hoc accepisse videri possit. Ille enim multa ex epistolis Pauli amputavit, omnibus se veraciorem esse dicens, multoque Apostolis fide digniorem. Supra e Græco codice Καλλιπὴς pro τῆς Καλλιπῆς expressum.

T 2

78. Αἱ

σάραν εὐαγγελίαν δεχόμενοι, πῶς δὲ ἑτέροις τρισὶ τὸ τῆς τριάδος ὅπτι  
Φημίζουσιν ὄνομα.

Ἀνάθεμα <sup>78</sup> τοῖς συμφθερομένοις ἀδελφῇ, ἢ πεντηεῶ, καὶ νόμφη, καὶ  
τοῖς <sup>79</sup> χε' τῶν παρώτων Γαββαεὶς μινὸς εἰς εὐρωπῶ δῆθεν ἀθροίζο-  
μένοις. <sup>80</sup> μὲν δὲ ἢ ἐσπερινὴν μέθην ἀποσβενύσκει τὰ Φάλα, σαρκικῶς  
τε ἀλλήλοις ἐπασσελαίνεσι, καὶ μηδεμιᾶς ὄλον φειδομένοις φύσεως, ἢ  
συγγενείας, ἢ ἡλικίας.

Ἀνάθεμα <sup>81</sup> τοῖς μηδέποτε δι' ὄρκου ἀληθῶς εἰσιν, ἀλλ' ἐξεπίτηδες  
ἀεὶ ψευδομένοις, καὶ ὅτι προκούσι, χε' τὴν ἢ τρισκαταρῶτα Μάνεντος  
διδασκαλίαν, ἢ τὸν λέγοντ', <sup>82</sup> Οὐκ εἰμι ἀσπλαγχνῶ, ὡσπερ  
ὁ Χριστός. ἢ γὰρ ζήσομεν τὸν ζήσομένον με ἐμπαροφέν τ' ἀνθρώ-  
πων. ἀλλὰ καὶ τὸν ψευδομένον ἀφ' ἑαυτοῦ οἰκίας σωτηρίαν, καὶ τὸν  
ἀφ' ὀφίον ζήσομένον τῶν ἰδίων πίπιν, μὲν χρεῶς παροσδοξομεν.

Ἐὰν δὲ μὴ ἐξ ὅλης ψυχῆς ταῦτα φρονῶ, καὶ λέγω, ἐγὼ ὁ δέσνα,  
ἀλλὰ μετ' ὑποκρίσεως ἐποίησα τὰς προκειμένους ἀναθεματισμούς,  
ἀνάθεμά μοι εἴη καὶ καταθεμα, ἐν τῷ τῶν αἰδῶν, καὶ ἐν τῶν μέλλοντι,  
καὶ κατακρυβεῖν, καὶ ἀπόλοιτο ἡ ψυχή μου, καὶ <sup>83</sup> κατακρυβεῖν.

Ταῦτα τὰ προσηρχόμενα λέγοντος ἐπ' ἐκκλησίας, ἢ δι' ἑαυτῶ,  
ἢ δι' ἐρμηνείας, ἐὰν αὐτὸς μὴ γρηγορήσῃ, ἢ <sup>84</sup> ἀφ' ἑαυτοῦ ἀναδόχου αὐ-  
τοῦ, εἰ παιδίον ἐστὶ, πάλιν ὁ ἱερθεὺς ὅπι φέρει τὰ ἀκόλουθα, καὶ Φη-  
σὶ

78. Ἀνάθ. τοῖς συμφθερομένοις] Προσηρχόμε-  
νους appellat Suidas, & ἀρρητοποιούς.

79. κατὰ τὴν πρώτην] e ritu gentium hoc,  
quod hunc diem sibi, tanquam auspiciū  
anni, sacris impendendum existimarent.

80. μετὰ δὲ τὴν ἐσπερινὴν μέθην] Prodi-  
cus, Adamitarum sectæ conditor, uxores  
communes esse sanxit, ut Theodoretus e  
Clem. Alexandrino refert: Οὐ δὲ χάρις ἢ  
ἐν τοῖς κοινοῖς δειπνοῖς μόνον τὸ λυχνιαῖον φῶς  
ἐκ ποδῶν ποιούμεν, ἢ πῶς ἂν ἕκαστος ἐπέτυχῃ  
συνεμίγνυται. v. Minut. Felicem in Octavio.

Eadem & Gnostici factitarunt. Eusebius,  
l. ix Hist. Eccl. c. v, a Maximo quodam du-  
ce Damasci quasdam e foro mulierculas ab-  
reptas, & tormentis adactas scribit, ut fateren-  
tur huiusmodi se flagitiorum conscias esse, mul-  
taque in ædibus etiam sacris obscœna ab iis  
dem perpetrari, quo religio Christiana infama-  
retur; actis ac monumentis hæc publice  
in singulis urbibus jussu Imperatoris proposi-  
tis. Idem lib. v, c. i, epistolam Ecclesiar.  
Lugdunenſis & Viennensis profert, ubi multo  
adhuc sceleratiora Christianis objecta referun-

tur. Verba ejus epistolæ sunt: συνελαμβάνο-  
ντο δὲ καὶ ἰθὺκαί τινες οἰκίαι τῶν ἡμετέ-  
ρων, ἐπεὶ δημοσίᾳ ἐπέλιπον ὁ ἡγεμῶν ἀναζη-  
τῆσθαι πάντας ἡμᾶς. οἱ καὶ κατ' ἐπίδοξον τῶ  
σατανᾶ, φοβηθέντες τὰς βασάνους, ὡς τὰς ἀ-  
γίας ἐβλεπον πάχοντας, τῶν τραχιῶν ἐπὶ τῶ  
το παρεμῶντων αὐτῶν, κατεψόσαντο ἡμῶν  
θύσεις διπλά, καὶ οἰδιποδίνης μίξας, καὶ  
ὅσα μῆτε λαλεῖν, μῆτε νοεῖν θύμεις ἡμῶν, ἀλλὰ  
μηδὲ πίπιν, ἢ τὶ τοῦτο πάποτε παρ' ἀνθρώ-  
ποις ἰγένιτο. τῶν δὲ φημιδέντων πάντες ἀ-  
πειρησώθησαν εἰς ἡμᾶς. ὡς καὶ τινες, οἱ τὸ ἀθῆ-  
τιρον δι' οἰκειότητα ἐμῆς ἐλάσαν, τότε μεγάλως  
ἐχαλέπαινον, καὶ διεπρόσθε κατ' ἡμῶν: id est,  
vertente Valesio: Capti sunt etiam quidam  
nostrorum servi, qui gentiles erant, quando-  
quidem Præses nos omnes requiri palam jussit.  
Qui Damonis impulsu, cum tormenta  
reformidarent, que sanctos perpeti videbant,  
militibus ad hoc ipsum eos incitantibus Thy-  
estes quasdam coenas, & incestos Oedipi con-  
cubitus, & alia, que nec proloqui nobis, nec  
cogitare fas est, ac ne credere quidem sustine-  
mus apud homines unquam gesta fuisse, ad-  
versus

rum recipiunt: tribus autem reliquis SS. Trinitatis nomen imponunt, & adaptant.

Anathema iis, qui sorori miscentur, aut socru, nuruive: quique a. d. Kalendas Januarias per festi diei causam in unum convenientes post vespertinam computationem lumina extinguunt, promiscuoque stupri commercio in illicitam venerem ruentes nec naturæ leges reverentur, nec cognationis, ætatifve intuitu moventur.

Anathema iis, quibus nulla jurisjurandi religio est; verum qui studio semper, ac dedita opera mentiuntur, & quotidiana perjuriam committunt, Manetis illius sui execrandissimi doctrinæ obsequentes, cujus hæc sunt verba: *Non ego adeo immisericors & durus sum, ac Christus. Non enim abnegabo, qui me coram hominibus abnegaverit; sed & pro salute domus sue mentientem, fidemque suam per metum abnegantem, blande hilareque recipiam.*

Nisi vero ego talis toto hæc animo sentio, dicoque, verum si simulate prædictas hæc execrationes facio, execrabilis ipse & devotus sim, cum in hoc, tum in futuro seculo; condemneturque, & pereat anima mea; diabolique addicatur.

Ubi hæc vel ipse dixerit, qui ad ecclesiam accesserit, vel per interpretem, si Græce loqui nescierit: vel per susceptorem suum, si puer fuerit, sacerdos iterum convenientia adhibet: atque Diaconus, *Ore-*

*mus*

versus nos ementiti sunt. His in vulgus sparsis omnes continuo in nos adeo esferati sunt, ut si qui forte cognationis causa moderati erga nos hæcenus existissent, tunc acerbissima indignatione commoti adversus nostros infremerent. Clemens Alex. Strom. 111, de Carpocratianis: Τῆς φασί, καὶ τινὰς ἀπὸς ἑλλήνων τῶν ομοίων κακῶν, οὐς τὰ δυνάμει ἀθεοφοβίαν, ἀνδρας ὁμοῦ καὶ γυναικας, μετὰ δὲ τὸ κορεθῆναι ἐν πληρωσῆι (locus hic affectus videtur; cui ita medeor: ἡδὴ κατερίζοντας, καὶ τὸ κατακρίνον, &c.) τῆ κηρείσει φασί, τὸ καλαίονον αὐτῶν τῆ πορνικῆ ταύτη δικαιόσιν ἐν ποδῶν ποισαμῶν φῶς τῆ τὸ λυχνε πεετροπῆ, μίγνυδα, ὅπως ἐδίλοιον, αἷς βέλωντο, &c. Quæ quidem eorum pessima vivendi ratio ab Epiphane Carpocratis filio libro de Justitia Dei ita defendebatur, ut illum in æquali rerum communione dicere consisteret; quam leges postea contra naturæ præscripta sustulissent. Sic Coelum, Solem, aquam, &c. omnibus esse communia. Et ad hoc exemplum eodundi promiscue libertatem & propensionem hominibus & animantibus ceteris a natura ingentam esse; quam nulla lex, aut consuetudo extinguere, aut delere queat. Οὐδὲ γὰρ ἐστὶ δόγμα. Ita ille apud Cle-

mentem Alexandr. vide quæ nos supra e Pselo de Dæmonibus fufe hanc Massalianorum impietatem exponente excerptimus; item quæ Justinus Martyr habet Apologia 11, p. 54: ubi tota ejusdem sceleris, & plena descriptio.

81. τοῖς μηδέποτε δι' ἑσῶν] hoc ab Elcesaitis Manes accepit: qui fidem in persecutione negandam docebant, ac eode servandam.

Ibid. τοῖς μηδέποτε] Scilicet, ubi de religione interrogarentur. Abnegare namque Christum licitum agebat primus auctor Simon Magus. vid. Origenem lib. vi adv. Celsum.

82. Οὐκ ἐμὶ ἀσπλαγχνῶ] vide de simili Simonis Magi indulgentia Origenem lib. eodem adv. Celsum.

83. καταρωδῆν] a καταρῶμα, devoto, exsecror. non displicuisset, καταταραταρῶν.

84. διὰ τὸ ἀναδοχῆ] Susceptor idem & sponsor. Tertullianus de Baptismo cap. xviii, Dionysius Areopagita cviii de Hierarchia Eccles. Sermo Catholicus in notis ad Bedæ Historiam Ecclesiasticam Anglor. l. 111, c. vii. Ceterum argumentum hoc de Susceptoribus absolutissime tractavit Collega quondam meus Teutoburgi Cliviorum, nunc Syndicus Brementis, V. Cl. Philippus van Maestricht; ad quem plura volentem remitto.

σι ὁ διάκονος. Τῷ κυρίῳ δέομαι. ὁ λαός, Κύριε ἐλέησον. καὶ κλίνοντ' ἑνὴν κεφαλὴν τῷ ἐπιστρέφοντι, ὁ ἱερεὺς ποιεῖ τὴν βίβλιν αὐτῆν.

Ὁ Θεὸς ὁ μέγας καὶ μεγαλάνυμος, ὃς τὸ πρῶτον σκότος φωτίσας τῷ λόγῳ τῶν σφραγισμάτων αὐτοῦ, ὁ τὸν μονογενῆ αὐτοῦ υἱὸν ἐξαποστείλας εἰς τὸν κόσμον, ἰλασμόν τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, ὁ καθήμενος ἐπὶ τοῖς χερσίν, καὶ δοξαζόμενος ὑπὸ τῶν στραφίμων. ὃ πάντων γόνυ κέμπει ἐπεραγίων καὶ ἐπιγείων, καὶ κεχαριστοῦν. καὶ πάντα γλώσσα ἐξομολογίσηται. βασιλεὺς τῶν αἰώνων. ὁ ἐπισυνάξας τὸ πεπλανημένον πρῶτον εἰς τὴν ποιμνὴν τῶν σωτῆρων ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ ἐπιστρέφων ἁμαρτωλὸν ἐκ πλάνης ὁδῆς αὐτοῦ, αὐτὸς ἐπιστρέφον καὶ τέτον τὸν δοῦλόν σου ὑπὸ τοῦ πτότους τοῦ ἀντικειμένου πρὸς τὸ φῶς τὸ αἰώνιον. ἀναχέλευσαι αὐτὸν ὑπὸ τῆς πλάνης τῆς διαβόλου εἰς τὴν θεογνωσίαν τῆς μονογενῆς σου υἱῆς. ἐδρασίωσον αὐτὸν ἐν τῇ πίστει. κρείττονος αὐτοῦ τὴν καρδίαν ἐν πίστει, ἐν ἀγάπῃ τῆς Χριστοῦ σου. μελέδα καὶ κληρον αὐτῶν χείριστον ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ σου. σὺ γὰρ εἶ ὁ Θεὸς ἡμῶν. ἐκτός σου ἄλλον οὐκ οἶδαμεν. τὸ ὄνομά σου ὀνομαζόμενον, ἵνα πάντοτε, καὶ πάντων εἰς βίβλοιοι ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ ὁ μονογενῆς σου υἱός, καὶ τὸ Πνεῦμα σου τὸ ἅγιον νῦν, καὶ αἰεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Μετὰ δὲ τὸ ἀμήν σφραγίζων αὐτὸν ὁ ἀπολύει, καὶ λοιπὸν ὁ ἀναθεματίσας γίνεται Χριστιανός, εἶπεν λογίζεται ὡς Χριστιανός ἀβάπτιστος, οἷα τυχόν εἴσι τὰ τῶν Χριστιανῶν παῖδια τὰ μέλλοντα βαπτίζονται. τῇ δὲ ἐξῆς ἡμέρᾳ συναεθιμείται τῶν κατηχησμένων. ὁ δὲ αὐτὸν καὶ ὁ ἀπολύει εἰσάγει ὁ ἱερεὺς, καὶ ἵστησιν ἐνδοθεν τῶν ναῶν πυλῶν κατ' ἀναβάλας, καὶ ἐμ-

85. ὁ τὸ πρῶτον σκότος φωτίσας] respiciunt hęc cognomen baptismi, qui φωτισμὸς ἐκ φωτισμοῦ dictus, ὡς φωτιζόμενον τὴν διανοίαν τῶν ταῦτα μαθητῶν, ut est apud Justinum Martyrem Apol. 11. vid. & Dionys. Areopagitam in Ecclesiastica Hierarchia cap. 111. & Gregorium Nazianz. oratione xi. Confer & cap. iv Matth. comm. 16, unde hujus phraseos origo. Sic & φωτισόμενον apud sacros scriptores baptismum Græce dictum.

86. τῶν σφραγισμάτων αὐτοῦ] legendum hic initio putabam, τῶν σφραγισμάτων σου, ut & in seq. quia vocativus ὁ βασιλεῦς, &c. sequebatur. Sed nil mutandum.

87. σφραγίζων αὐτὸν] dupliciter potest ac-

cipi, & de signo crucis, & de inunctione. Rectius tamen de signaculo crucis, quo episcopus utebatur post impositionem manus in caput baptizandi.

88. ἀπολύει] jam in eo eram, ut reponendum dicerem, ἀπολύει. Sed non opus est. Hinc dictum hoc Sabbathum τῆς ἀπολύσεως: quia tum sacerdos solvebat cingulum neophyti, eumque candida veste exuebat. Fiebat hoc ipsa nocte Resurrectionis, seu Paschatis.

89. τὰ τῶν Χριστιανῶν παῖδια] infantes esse baptizandos nunc statuit Ecclesia: olim non ita. Gregorius Nazianz. Orat. xi baptizandos suadet, ἵνα τὸ ἐπείγει κίνδυνος, id est quod urgens periculum. Κρείσσον γὰρ ἀντιδοῦναι

mus dominum, &c. Populus autem: Kyrie eleison, (Domine miserere) flectenteque caput, qui ad ecclesiam convertitur, sacerdos hæc præces dicit:

O Deus vere magnus, magnique nominis, qui eas, quæ fuerunt olim, tenebras oris tui verbo illuminasti; qui unicum filium in mundum misisti, ut peccatorum nostrorum expiator esset; qui super Cherubim sedes, & cujus Sera- phim laudes canunt, cui genus omne flectitur eorum, qui in cælo, qui in terra, & qui sub terra sunt; quem omnis lingua confitetur: o rex omnium seculorum, qui aberrantem oviculam ad Servatoris nostri Jesu Christi gre- gem compellis, qui peccatorem e via erroris ipsius convertis ac reducis: Quasumus te, hunc quoque servum tuum ab adversarii tenebris ad æternam lucem tuam convertere digneris. Revoca illum ab errore diaboli ad divinam unigeniti filii tui agnitionem, confirma eum in fide; cor ejus per fidem in dilectione filii tui corrobora, & indulge ei partem sortemque in ecclesia tua. Tu enim Deus noster es: & præter te alium nullum novimus. Tuum nomen invocamus, ut perfectum, ut in omnibus benedictus sis tu Deus nos- ter, & filius tuus unigenitus, & Spiritus Sanctus, nunc, & semper, & in secula seculorum, Amen.

Postquam Amen proclamatum est, signatum illum discingit: fitque is, qui exsecrationes illas dixit, Christianus: sive inter Christianos non baptizatos refertur, cujusmodi Christianorum liberi habentur, qui necdum loti sunt. Sequenti vero die inter Catechumenos nume- ratur. Detractis enim vestibus ablutum inducit eum sacerdos, sta- tuitque

τες ἀγιαθύναι, ἢ ἀπελθῆναι ἀσφραγίστα καὶ ἀτίλισα: Præstat enim sanctificari eos absque sensu, quam non signatos atque non initiatos ex hac vita discedere. Si quidem sine baptismo morientes nec cælesti gloria donantur, nec suppliciiis a Deo afficiuntur, ut idem ibidem ait Gregorius. Quare nunc & ab obstetricibus sæpe apud Catholicos baptizantur: quamquam olim id feminis illicitum. Tertul- lian. de Baptismo, c. xvii. Cogente vero necessitate Laicis etiam baptizare licitum fuit. Tertullian. de Castitate, c. vii. & id ipsum de- fectu aquæ a Laicis arena factum in Judæo in Syrtibus Africa animam agente, & baptizari cupiente. Cedrenus refert p. 206.

90. τοῖς κατηχημένοις] qui duplicis gene- ris. Scholiastes Synodi Cæsariensis: δύο τῶν κατηχημένων ἦσαν τῆς αἰτίας, ἢ ἰδρὶ τὸ γόνυ κλι- νόντων, ἢ τελειωτικῶν. ἢ δὲ τῶν ἀκροαθῶν, ἢ ἀτίλιστοι: Duo erant Catechumenorum or- dines: genu flectentium, qui perfectior, & audientium, qui inferior.

91. ἐδοθέν τῶν τῆ καὶ πύλων] id est, in vestibulo templi, non in ipso templi adyto.

Imitati sunt Christiani in his ritibus gentiles Cereris sacra Eleusinia tractantes, ubi, qui mystæ minoribus sacris ad ἐπιπέλειον præ- parabantur, in vestibulo consistebant, quum majoribus initiati intra adytum reciperen- tur.

92. κατ' ἀνατολῆς] de more veteri: quia Christus Sol justitiæ, qui tunc ipsis quasi orie- batur. Vide plura apud Clementem Alex. l. viii Strom. p. 724: qui hanc rationem ad- fert, quod oriens natalis diei imago sit, & lucis pellentis tenebras ignorantia. Basi- lius Magnus l. de Spiritu S. c. xxvii, tradi- tionem esse ait Apostolicam, ut precantes ad orientem se converterent, profertque aliam rationem, ὅτι τὴν ἀρχαίαν ἐπιπέλειον πατέ- ρα τὸν παραδείσον, ὅν ἐφύτισεν ὁ θεὸς ἐν Ἐ- δῆμ, κατ' ἀνατολῆς: Quia antiquam rur- sus quarimus patriam, Paradisum, quem Deus in Edem plantavit versus orientem. vide & Tertullianum in Apologet. c. xvi. Ea de caussa Christiani Solem adorare crediti. Non- nulla & supra n. 8 attulimus. Juæi vero semper versus illam mundi plagam se ob- vertere

91 ἐμφυσήσας αὐτῶ 94 τρεῖς, 95 σφραγίσει πὲρ μεταπον αὐτῶ, καὶ τὸ ρῆμα, καὶ τὸ πῆϑ, καὶ 96 ὀπιπθεῖς τὴν χεῖρα τῆ τῆτε κεφαλῆ, λέγει τὴν εὐχὴν ταύτην.

Ἐπὶ τῶ ὀνόματί σε, κύριε ὁ θεὸς ὁ ἀληθείας, καὶ τῶ μονογενῆς σε υἱῶ, καὶ τῶ ἁγίῳ Πνεύματι ἐπιτίθημι τὴν χεῖρά μου ὅτι ἡ δόξα σου πάνδε, τὸν κατὰ ζωθέντα καταφυγεῖν ὅτι τὸ ἅγιον ὄνομά σε, καὶ ὑπὸ τῆ σκέπης τῆς πτερυγῶν σε διαφυλαχθῆναι. ἀπόστησον ἀπ' αὐτῶ τὴν παλαιὰν ἐκείνην πλάνην, καὶ ἐμπλήσον αὐτὸν τῆς σῆς πίστεως, καὶ ἐλπίδος, καὶ ἀγάπης, ἵνα γνῶ, ὅτι σὺ εἶ μόνος θεὸς ἀληθινός, καὶ ὁ μονογενῆς σε υἱὸς ὁ κύριος ἡμῶν ὁ Ἰησοῦς Χριστός, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. καὶ δὲς αὐτῶ ἐν πάσαις ταῖς ἐπιτολαῖς σε πορευ-

vertere soliti, in qua templum esset situm: in monte vero templi ad Sancta Sanctorum. Qua de re plura Seldenus ad Eutythii Originis Alexandrinas p. 41. Ceterum in renuntiatione, quæ fiebat a Baptifimi candidato Diabolo & Angelis ejus, ad occidentem se convertibat, quæ cæli plaga Diabolo adversario Dei maxime convenire videbatur, quippe contraria Orientali, ut infra prolixius exponemus.

93. Ἐμφυσήσας ] ita reposui pro ἐμφύσας. Insufflationis ritus petitus ab exemplo Christi, Joann. xx, 22. Pagani vero, & pessimi hereticorum, si resipiscerent, primo die Christiani designabantur, altero Catechumeni, tertio adjurabantur: ter simul in faciem eorum aureisque insufflabatur. At non ita statim baptizabantur. Vide Canonem c. lxx Eccles. Univerf. Quemadmodum autem insufflando S. Sanctus cum baptizandis communicabatur; ita contra *exsufflando* Dæmon prius expellebatur. D. Augustin. c. xxxi Dogm. Ecclesiasticor. & lib. v. Hypost. extremo; Tertullianus de Spectaculis; Isidorus lib. v, c. xix. Orig. & hæc utraque erat Sacerdotum. Contra baptizandus Diabolo insufflabat in renuntiatione, ut infra videbimus.

94. τρεῖς ] propter SS. Trinitatem. Alias per se in his veterum ritibus ternarius sacer est, & sollempnis; quia primus numerus est perfectus, habens initium, medium, & finem. Plutarch. Sympof. lib. ix, probl. 411: Theon. Smyræus cap. xl. 11.

95. σφραγίσει τὸ μεταπον ] Triplex hic signaculum frontis, oris, & pectoris. Habuit superius tria signacula Manichæorum,

&c, quid ea sibi voluerint, ostendimus. Non inepte igitur faciam, si & horum symbolicam dederim interpretationem. *Frons* mentis animi symbolum est, quia mens in cerebro sedem habere creditur. Ideoque & *Genio* sacra. Servius ad Eclog. vi Virgil. Q. Cicero ad Fratrem de petit. Consulatus: *Sed etiam vultu atque fronte aditus ad te pateant, quæ est animi janua: quæ si significant voluntatem abditam esse, ac retrusam, parvi refert patere ostium.* Eapropter olim in lustratione, quæ animi significabat purgationem, *frons* infantium spūto pulveri misto signata; vide Perlium Sat. 11, & notas ad eum Casauboni, p. 201. Eadem de causâ *Deum venerantes*, ait Servius ad Virg. iv Æn. *frontem tangimus*: ut animo toto id fieri significetur. Quin & Thracæ, quod in animi magnitudine vera consistat nobilitas, *frontem* notis inurebant, in signum nobilitatis, apud Herodot. lib. 11, & Ciceronem lib. 11 Officior. Artemidorus hinc illustrandus l. 1, c. 1x, ubi ait: *ἐξ ὧντα παρὰ Θεοῦ οἱ ἐργονίαι παιδῶν: notis signantur apud Thracas nobiles pueri.* scilicet in fronte. Contra, *stigmata in fronte notati* servi fugitivi, qui ea de causâ per jocum *literati* appellati: & ingratus ille hospes a Philippo Macedone, nec non in contumeliâ Samii ab Atheniensibus, & hi rursus a Samiis, & Syracusanis capti: non tam, ut eo conspectiores essent notæ (nam ita & genis eas imprimere potuissent,) quam ut animus eorum malus indicaretur. Hinc impudentes *frontis ferrea* esse dicti. Rursus *frontem cognatorum obvisorum* veteres *osculari* soliti, teste Plutarcho in Problem. quasi ipsum animum hoc pacto suaviarentur. In-

tuitque intra templi portas ad orientem versus, terque ei insufflans frontem ejus, & os, & pectus signat. Manuque capiti ejus imposta hæc preces dicit:

*In nomine tuo, Domine Deus veritatis, & filii tui unigeniti, & Spiritus Sancti manum meam huic servo tuo impono, quem dignum censuisti, ut ad sanctum nomen tuum confugeret, & sub umbra alarum tuarum custodiretur. Remove ab eo veterem illum errorem, eumque fide tua & spe, ac dilectione imple, ut te verum esse Deum cognoscat, unicumque filium tuum Dominum nostrum Jesum Christum, & Spiritum Sanctum. Da, ut in omnibus tuis ambulet præceptis, & quæ tibi placita sunt, custodiat*

aa

de & frontem in luctu ferendi mos ortus, Dionys. Halicarnass. lib. xi, pag. 717; Cicero ad Att. l. i, epist. i. Cedrenus pag. 262. Eodem referas licet frontem nubilam, vel serenam; mentis hoc vel illo modo affectæ speculum. Unde Plinius l. 11, c. 33, severitatis illam & clementiam indicem vocat. Signaculum igitur frontis hoc vult, compescendam mentis quasi luxuriam; quo respicit illud Apostoli, *Noli altum sapere.*

Oris signaculum linguæ continentiam significare vulgatus est, quam ut pluribus id probem. Adeatur Illustris Viri Gisberti Cuperi Harpocrates. Philostratus lib. 11 Imaginum Echo Dodonæ effictam tradit æream, manu ori apposta. Ut autem lustratam frontem ostendi, ita & linguam in Mithriacis Sacris melle ab omni peccato purgari solitam docet Porphyrius de Antro Mufar. Eandem a gentilibus in Deorum statuis expolitam Baruch in Epistola Hieremiæ tradit.

In Fortuitis meis pag. 219, ex Anthologia Græca de Nemeis adductum Distichon ita verti:

*His frenis, atque hæc norma Rhamnusia,  
factis*

*Sit modus, & lingua sint tibi fræna,  
monet.*

Pectoris signaculum moderamen affectuum denotat, qui vel ab ira, vel a cupiditate proficiscuntur. Animæ duæ partes sunt, *Ratio* & *Affectus*, apud Plutarchum de morali virtute, Ciceronemque Tusc. Qu. l. 11, c. 221: vel, ut alii non satis accurate, tres, *Ratio*, *ira*, *cupido*. Ratio vero, seu potius λόγος Græce, est duplex, εὐδαίμων sive εὐδαιμονιατικός, interna, quæ Latinis proprie *Ratio*; & ἀεφρονικός, sive externa, quæ *Oratio*, seu sermo dicitur. Donatus ad Terentii Adelph. a. 1, sc. 1. Utrique veteres Mercurium præesse sinxerunt, eique, qua rationem moderatur, in Sole se-

dem tribuerunt; qua orationem, in Luna; quia illa viri præpollent; hæc mulieres, garulorum genus, viros superant, ut est apud Porphyrium citante Eusebio lib. 111. Pr. Eu. cap. 111. Ergo inter affectus, qui in pectore, & mentem, qui in capite, os sermoni dicatum medium est, utriusque explicandæ animi parti inserviens. Hoc igitur symbolo Christiani caute de Deo loquendum, & arcana silentio tegenda, innuere volebant: nec vel animi errore, vel affectuum impetu abreptum quemquam debere labi. Multa in hæc ferme sententiam Plutarchus habet de Iside & Osiride, p. 373, ed. Paris.

96. Επιτίθεις τῶν χεῖρας] *Impositio manuum* in Ecclesia triplex est, *Benedictionis*, *Confirmationis*, & *Consecrationis*. Manavit autem ex institutione & imitatione Hebræorum: ut ex exemplis, quæ in S. S. passim obvia sunt, abunde liquet. Apud eosdem non solum Pontifices ad sacram dignitatem, sed & Presbyteri, seu Seniores ad potestatem judicariam impositione manuum evehebantur, ita ut deinde digni, seu idonei haberentur, qui in synedria possent cooptari. Ab his ad gentiles transit, & Christianos: eratque inter alia signum manumissionis apud illos e servitute corporali, apud hos autem e servitute animæ, quæ Diabolo erant addicti. Fusc de hoc ritu Seldenus agit in notis ad Eutychiei Origines Alexandrinas. Adiri quoque possit Tertullianus de Baptismo c. viii, Isidorus l. vi Orig. c. xix, Justellus ad Concil. Afr. p. 41, Balduinus ad Optatum Milevitan p. 92, Dionys. Areopagita cap. 11 Hier. Eccles. Sic & manuum impositione conferebatur poenitentibus, non secus ac recens baptizatis, Spiritus Sanctus. D. Hieron. adv. Luciferianos; nec non D. Cyprianus de Lapsis. Justellus ad Can. Eccl. Univ. p. 142. Nicephorus Callist. l. vi, c. 11. Et hæc dicebatur *Confirmatio*, ut illa prior *Consecratio*.

v

97. 69

πορευθῆναι, καὶ τὰ ἀρετὰ σε φυλάξαι. ὅπ, ἐὰν ποιῆσαι αὐτὰ  
 ἄνθρωπος, ζήσεται ἐν αὐτοῖς. Καὶ ἔρχεσθαι αὐτὸν ἐν βίβλῳ  
 ζωῆς σε. καὶ ἔνωσον αὐτὸν τῇ ποιμνῇ τῆς κληρονομίας σε. καὶ δοξαζῆ  
 τὸ ὄνομα τὸ ἅγιον σε ἐπ' αὐτὸν, καὶ ἔ ἀγαπητὴ σὲ ἰδῆ, κυεῖς δὲ  
 ἡμῶν Ἰησοῦ Χειτῆ, καὶ ἔ ζωοποιῶ σου Πνεύματῳ. καὶ ἔγωσαν  
 οἱ ὀφθαλμοὶ σε πάντες ἀπειζοντες εἰς αὐτὸν <sup>97</sup> ἐν ἐλέει Δψ' παν-  
 τός. καὶ τὰ ὠτὰ σε ἀκούειν τῆς φωνῆς τῆς δέησης αὐτῆ. καὶ θυ-  
 φρανον αὐτὸν ἐν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτοῦ, καὶ ἐν παντὶ τῷ γέ-  
 νει αὐτῆ, ἵνα ἐξομολογήσῃ σέ σοι πατρὸς σου, καὶ δοξάζων τὸ ὄνομά  
 σε τὸ ἅγιον, καὶ μέγα, καὶ ὑψίον. καὶ ἀνέση σε Δψ' πάντες  
 πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτοῦ. σὲ γὰρ ὑμῶν πᾶσα ἡ δύναμις  
 θεῶν.

Καὶ μετὰ τὸ ἀμὴν σφραγίζων αὐτὸν σπυλγεί, καὶ τὴν ὀπίσσω  
<sup>98</sup> ἐξορκίζεται. πάλιν γὰρ ἄγων τῆτον <sup>99</sup> ὁ ἱερεὺς εἰς τὸν ναὸν, καὶ  
 ἐμφυσήσας τρεῖς εἰς τὸ πρόσωπον, καὶ τὰ ὠτὰ αὐτοῦ, ὀπιλέγει τὰς  
<sup>100</sup> τῶν ἐξορκισμῶν δὴχάς.

Εὐχαὶ ἀφορκισμῶν. Α' φ. α.

<sup>1</sup> Ἐπίμα σοι κύριε, διάβολε, ὁ περιγνώμενος εἰς τὸν κόσμον, καὶ  
 κατὰσκηνώσας ἐν ἀνθρώποις, ἵνα τὴν σὴν κατὰ τὴν τυραννίδα, καὶ  
 τὴν ἀνθρώπων ἐξέλη, ὅς ἐπὶ ξύλον τὰς ἀντικειμένης δυνάμεις  
 ἐθελάμβευσεν, ἡλίς σκοποθέντος, καὶ γῆς σαλευομένης, καὶ μητρώ-  
 των ἀνοιγομένων, καὶ σωματῶν ἁγίων ἀνταμμένων. ὅς ἔλυσε θανάτων  
 τὸ θάνατον, καὶ κατήργησε τὸ κράτος ἔχοντα τὸ θανάτου, τῆ-  
 πέτι, σὲ τὸ διάβολον. ὀρκίζω σε καὶ τὸ θεῶν καὶ δεῖξαντος τὸ ξύλον  
 τῆς ζωῆς, καὶ τὰ ξύλον τῆς χερσὶν, καὶ τὸ φλογίνην ῥομφαίαν  
<sup>2</sup> ἢν φρέποιεν ἔφραρειν αὐτό. ὀπιτιμηθη, καὶ ἀναχόρησον. κατ' ἐνείκη  
 γὰρ σε ὀρκίζω τὸ <sup>3</sup> ἀπειπατήσαντος ὡς ἐπὶ ξύρον ἐπὶ τῷ ἁλάσσης,  
 καὶ ὀπιτιμησαντος τῇ λαίλαπι τῶν ἀνέμων. ἔ τὸ βλέμμα ἐξε-  
 ρευτῶ ἀβύσσου, καὶ ἡ ἀπειλή τῆς ὄρη. αὐτὸς γὰρ καὶ νῦν ἐπιπίπτει  
 σοι δὲ ἡμῶν. φοβήθη, ἔξελθε, καὶ ὑπαναχόρησον ἀπὸ τῶν πλασ-  
 μάτων

97. ἐν ἐλίη ] ita v. c. sine dubio per  
 errorem describentis : reposui, ἐν ἰ-  
 λίη.

98. ἐξορκίζεται ] Optatus Milevitanus lib.  
 iv de Schismate Donatistarum : Neminem  
 fugit, quod omnis homo, qui nascitur, quam-  
 vis de parentibus Christianis nascatur, sine  
 spiritu mundi esse non possit ; quem necesse

sit ante salutare lavacrum ab homine excludi,  
 & separari. Hoc exorcismus operatur. S. Leo  
 Papa epist. iv ad Episcopos Siculos : Evi-  
 denter agnoscitis, in baptizandis electis, qui  
 secundum Apostolicam regulam & exorcismis  
 servandi, & juniis sanctificandi, & frequen-  
 tibus sunt predicationibus imbuedi, duo tan-  
 tum tempora, &c.

ac servet: siquidem omnis homo, qui ea fecerit, per ea servabitur. Inscribe eum libro vite tuo, & aggrega ipsum gregi hereditatis tue: celebreturque nomen tuum super ipso, & dilecti filii tui, Domini nostri Jesis Christi, vivificique Spiritus tui. Oculi tui semper & perpetuum in ipsum intenti sint in misericordia. Aures tue vocem preceationis ejus exaudiant: & latifica eum in operibus manuum ejus, & in omni genere ejus, ut & adorans te confiteatur, & nomen tuum sanctum, & magnum, & altissimum pradicet, teque semper omnibus diebus vite sue laudet, & extollat. Te namque omnis cælorum exercitus perpetuis laudum carminibus concelebrat.

Ubi Amen dictum, signatum ipsum abluit, & sequenti die exorcismo eum purgat. Iterum enim ipsum in templum ducens sacerdos, ter in ejus faciem & aures insufflat, & has exorcismorum preces recitat:

## Preces Exorcismorum. Exorc. I.

Dominus te increpet, Diabole, qui in mundum venit, & inter homines tabernaculum suum posuit, ut tyrannidem tuam exstirpet, & hominum genus ab ea liberet: qui in cruce potestates sibi adversantes triumphavit, quam sol obscuraretur, & terra moveretur, & sepulcra aperirentur, & sanctorum corpora resurgerent; qui vim mortis morte ipsam afficiens dissolvit, & eum, qui mortis habebat potestatem, id est, te Diabolum, enervavit. Adjuro te per Deum, qui lignum vite ostendit, quique Angelos Cherubim posuit, & gladium flammeum, quem ad illius custodiam ventilarent. Objurget te Deus, & hinc discede: per eum namque te adjuro, qui per dorsa maris, veluti per aridam obambulavit, qui ventorum turbines objurgavit: cujus oculus abyssos penetrat & explorat, & cujus comminatio montes liquefacit.

bus hoc consecrabat, ternaque S. Olei infu-  
sione sanctificabat, & ter hymnum accinens  
ex Pl. xxviii, Vox Domini super aquas, &  
Hallelujah, jubebat hominem produci; pro-  
clamatoque nomine tam baptizandi, quam  
fufceptoris, eoque a presbytero ad Lavacrum  
adducto, Episcopus de loco superiore, Pres-  
byteris iterum nomen baptizandi ad Lava-  
crum proclamantibus, ter ipsum baptizabat,  
ter. ad ternas scilicet intinctiones, nomina  
S. Trinitatis inclamans. Dionysius Areopa-  
gita. Mirari autem subit, cum in V. T. adeo  
accurate denudatio corporis vitata fuerit, ut

gradus ad altare nulli essent, ne eos ascen-  
dens sacerdos aliqua ex parte corpus reve-  
laret, Christianos non veritos totum corpus  
in ecclesia denudare, cum baptizarentur; si-  
quidem baptizatio e prisco instituto Joannis  
& Apostolorum in fluminibus fiebat, & non  
in templis, quæ tum nulla erant. Certe  
gentiles nudare corpus in templis nefas du-  
xere. Plutarch. in Quest. Rom. & Hesiodus  
in Operibus.

44. τὸ λεπτίον] Sacrum cingulum; ἡβί-  
ζομα ἱεροτικόν. Balsamon ad Marcum Pa-  
triarcham responsi. xxxviii: τὸ δὲ ἐπιγονάτιον  
εἰς τύπον τῆ λευκῆ; de quo Joannes in Evangel.  
c. xiiii, v. 4.

45. καὶ τὰ μανίκια] Manicæ hodie Græcis  
pro manicion dicitur, ut alia multa ejus ge-  
neris diminutiva vetera in ἰόν, quæ recen-  
tiores per; effrunt, Latinis chirotheca nunc  
dicitur: nam veteribus ignota fuit. Aliud  
enim est manica, Phrygum gestamen; de quo  
Virgilius:

Et tunica manicas, & habent redimi-  
cula mitra.

Apud Achmetem in Onirocritito legas, cap.  
ccxxx: τὸ περιστῆν μαρικίον τῆ υποκαμί-  
σου ἐν κατάσει καὶ συναξί τῆ βίβη κρη-  
ται; Persica subucula manica, constitutionem  
& congregationem videtur significat. Alius ver-  
tit: Persica subucula manica refertur ad ra-  
tionem & constitutionem vitæ. Verum vo-  
cem

nem crucis in fronte & pectore, ac scapulis format baptizandi, dicitque;

*Talis ungitur oleo exultationis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.*

Et tunc ungitur oleo hoc a Diacono, vel lectore, per totum corpus. Dum vero ungitur, Episcopus cingulum linteum, & mantile sumit: ac postea eum baptizat, dicens:

*Baptizatur talis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.*

Ad singulas pronuntiationes cum immergens & educens. Postquam vero omnes baptizati sunt, lavatur, & deponit cingulum cum mantili. Diacono vero dicente, *Accedite.* Cantores Psalmum auspicantur, *Beati, quorum remissa sunt iniquitates.* Hoc ter dicit: Episcopus autem laudat Deum, & precatur:

*bene-*

cem βίον hic victum significare e sequenti versu abunde liquet, ubi idem interpres recte eam explicuit, & vertit. Meursius pro *μανάκιον* reponit *μανίκιον*; codex vero Mf. Vienn. Cæsar. Bibliothecæ habet *μανάκιον. μανί- κης* autem torquis tenuior est. Sic *μανί- κια χρυσά ἀδεί τῶν τετραχίλων φορέοντα κορ- σισ* legas apud Jacobum Diaconum in vita S. Pelagii, citante Meursio in Glossario: & apud Basilium Magnum in Hexaem. *μανί- κας χρυσῆς ἀειφίροντες* magnates. A voce *μανίκιον* derivatur *μανικίλιον*, seu *μανικίλιον*. *Μανικία* Achmes, cap. CLVI, τὰς ἀεικη- ρίσιον adjungit, & quasi unius generis fascias & velamenta, illa brachiorum, hæc tibia- ram, utraque gaudium & stabilitatem ser- vis portendere ait. Scaliger in codice meo Gallice explicuit, vertitque *les gantelets*. Ac- cipitur & de inducto remis integumento ex corio, vel laceris linteis apud Meurs. in Glos- sario. Glossæ Basilicæ: *Μανικίλιον τὸ ταῖς κόκκισ ἀειφίροντον σκῆτον, ἢ βύσσιν, ἕμοιοι μανικία*. Hinc & compositum tractum *ἐπι- μανικίον*, sive *ἐπιμανικίον*, in quo effigies Christi intexta; quo soli utebantur episcopi in manu dextra, mystice manicas seu com- pedes Jesu Christi, quibus ille impeditus fuit, significans; at est apud Meursium in Glos- sar. Alias & Chirotheca venatoris sinistra ma- nu falconem sustentantis ita appellata fuit. Est & aliud inde formatum compositum, *σομομανικόν*, quod est velum muliebre, quo os obtegitur. Theophilus Protospatharius de Humani Corp. Fabrica lib. IV: *ἴσκει καὶ τὸ μνάδες πλάτυσμα γυνικικῆν φιάλην, τῆ κοι-*

*νῶς λεγομένη σομομανικῆ: Musculosa hæc fascia muliebris velamento similis est, quod vulgo Stomomanicon appellatur. Puto id ipsum esse, quod Galli un masque vocant. Φιάλιον enim pro ἐφιάλιον positum videtur, ab ἐφιάλιον, id est, ἐπιβάλλον, quasi ἐπιβο- λαιοι.*

46. *ἐκαστῶ ἀειφίροντες*] *Ter merguntur*, inquit Tertullianus de Coron. Mil. c. III. vide & Hieronymum adversus Luciferianos, Basili- um M. Dionysium Areop. &c.

47. *κατάγων αὐτόν* &c.] non enim tripla insperione aque in faciem, ut nunc, sed toto immerfo ter in aquam corpore baptismus olim celebratus.

48. *ἀποσχωρεῖτε*] post baptismum statim *ἄντ τὸ μέγαν βήματον* ante magnum sa- crarium, sive ante sacram mentam, sive altā- re magnum, in quo Eucharistiæ fiebat oblatio, constituebantur, quæ statio τῆς ἀειφίροντος δόξης erat *ἀποσχωρημα*; calistis gloria rudimentum. D. Gregor. Nazianzenus Orat. XL. vocatur hoc & *ἄγιον βήμα*. Justinus Martyr Apol. IY, ait baptizatos statim adductos ad illos, qui vocabantur fratres, id est, communicantes. Qui congregati preces & pro se, & pro bap- tizatis, ceterisque omnibus deinde ad Deum fundebant: quibus finitis, osculo se invicem sancto excipiebant, de quo supra, n. 36.

49. *οἱ ψάλλοντες*] post baptismum *Psalmo- dia* adhibebatur, *μὴ ἕς ἐδύξαντο, ὡς τῆς ἐκεί- νου ὑμνωδίας ἀπομυμῆς*: qua accipiebantur baptizati, tamquam *præudio futura in cœ- lis per hymnos gratulationis ab angelis.* Ita fere D. Gregorius Naz. orat. XL.

Εὐλόγητος εἶ κύριε ὁ πατριάρχης, ἡ πηγὴ τῆ ἀγαθοῦ, ὁ ἡλι-  
 τῆς δικαιοσύνης, ὁ λάμπας ἐν σκότει Φῶς σωτηρίας Διὰ τῆς ὀπι-  
 Φανείας τῆς μονογενοῦς σε ἡμεῖς καὶ θεοῦ ἡμεῖς, καὶ χειροσάμνου ἡμῖν  
 τοῖς ἀναξίοις πλὴν μακαρίαν καθαροῦ ἐν τῷ ἁγίῳ ὕδατι, καὶ τὸν  
 θεῖον ἀγιασμὸν ἐν τῷ ζωοποιῷ χρίσματι, ὁ καὶ νῦν εὐδοκίῃσας ἀ-  
 ναγενῆσαι τὰς δόξας σε τὰς νεοφωτίτας δι' ὕδατος καὶ πνεύ-  
 ματος, καὶ πλὴν τῆς ἐκείνων καὶ ἀκείνων ἀμαρτημάτων ἀφε-  
 σιν αὐτοῖς δωρησάμενος. Αὐτὸς ἐν, δέσποτα, βασιλεῦ εὐπλαγγε,  
 χεῖρα αὐτοῖς καὶ πλὴν σφραγίδα τῆς δωρεᾶς τῆς ἀγίας, καὶ  
 πανδυναμίας, καὶ πνευματικῆς σε Πνεύματος, καὶ πλὴν με-  
 τάλληψιν τῆς ἀγίας σώματος, καὶ τῆς πνεύματος αἵματος τῆς Χει-  
 ρὸς σε. Φύλαξον αὐτὸς ἐν τῷ ἀγιασμῷ. βεβαίωσον αὐτὸς ἐν τῇ  
 ὀρθοδόξῳ πίστει. ῥῦσαι ἀπὸ τῆς ποτηρῆς, καὶ πάντων αὐτῶν τῆς ὀπι-  
 τηδευμάτων, καὶ τῶ σωτηρίῳ σε φόβῳ, ἐν ἀγνείᾳ, καὶ δικαιο-  
 σύνη, τὰς ψυχὰς αὐτῶν διατήρησον. ἵνα ἐν παντὶ ἔργῳ καὶ λόγῳ  
 διαρεγγυηθῆς σοὶ υἱοὶ καὶ κληρονόμοι τῆς ἐπεσχίσεως σε γεννητῆ βα-  
 σιλείας.

## Εὐχὴν ὀνομασίου.

Ὅτι σὺ εἶ θεὸς ἡμεῖς, θεὸς τῶ ἐλεεῖν καὶ σώζειν,  
 καὶ σοὶ τῆ δόξαν.

Καὶ μετὰ πλὴν εὐχὴν ταύτην ψάλλει, Ὅσοι εἰς Χεῖρὸν ἐβαπτίσθησαν <sup>50</sup> καὶ  
 χεῖρὸς τῆς βαπτισθέντας τῷ ἁγίῳ μύρω, ποιεῖν σαυρῶ τύπον <sup>51</sup> ὀπι-  
 τῶ μετώπῳ <sup>52</sup> καὶ τῆς ὀφθαλμῶν, λέγων,

Σφραγίς δωρεᾶς Πνεύματος ἀγίας.

Καὶ μετὰ τῆτο ἄρχεται <sup>53</sup> τῆς ἀγίας λειτουργίας. <sup>54</sup> καὶ ἀξιοῦνται τῆ ἀγίας  
 μετῶ-

50. Καὶ χεῖρὸς τῆς βαπτισθέντας] quem-  
 admodum ante Baptismum, ita & jam bapti-  
 zati S. Chrismate inungi soliti fuerunt. Ter-  
 tullian. adversus Marcionem l. 1; & De Re-  
 surg. carnis cap. ix, de Baptismo cap. vii:  
 Canon Eccles. Univ. cl.ii, Isidorus lib. vi,  
 c. xix, &c.

51. ἐπὶ τῷ μετώπῳ] Adeatur Prudentius  
 in Psychomachia.

52. καὶ τῶν ὀφθαλμῶν] immo & nares,  
 & os, & aures inungebantur. Canon Eccles.  
 Univ. cxi, & clxx. de haereticis jam ante  
 baptizatis: Καὶ σφραγίζομενος ἦτοι χεῖρα  
 μύρων πρώτον τῷ ἁγίῳ μύρῳ τότε μετώπον,  
 καὶ τὰς ὀφθαλμῶν, καὶ τὰς ῥίνας, καὶ τὸ  
 στόμα, καὶ τὰ ὅσα. καὶ σφραγίζοντες αὐτὸς  
 λόγῳ, Σφραγίς δωρεᾶς Πνεύματος ἀγίας:  
 Signatusque, sive unctus primum oleo sancto  
 frontem

Benedictus es Domine Deus omnipotens, fons omnis boni, sol justitiæ, lumen salutis in tenebris emittens per apparitionem unigeniti filii tui ac Dei nostri: qui indignis nobis beatam in aqua sacra purgationem largiris, divinamque sanctificationem in unguine vivifico; quique & nunc servos tuos recens illuminatos per aquam & spiritum regenerare dignatus es, ac peccatorum tam voluntariorum, quam involuntariorum ipsis concedere remissionem. Tu igitur, Domine Rex, benigne & misericors, imperti ipsis & sigillum doni sancti & omnipotentis, atque adorandi Spiritus tui, participationemque sancti corporis, & venerandi sanguinis Christi tui. Custodi & conserva ipsos in sanctificatione tua: confirma eos in vera fide: libera eos a malo, ab & omnibus artibus ac dolis ejus: salutarique tui timore in puritate, & justitia animas eorum retine, ut in omni opere ac sermone tibi bene placentes cœlestis regni tui filii fiant & heredes.

## Exclamatio.

Quia tu es Deus noster, Deus misericordie & salutis;  
& tibi gloriam.

Post has autem preces, psallit, Quicumque baptizati sunt: ungiturque baptizatos sacro oleo, signum crucis in fronte faciens & super oculos, dicens:

## Signaculum Doni Spiritus Sancti.

Postilla incipit sacram liturgiam, & admittuntur baptizati ad sacram communionem.

frontem, oculos, nares, os, & aures. Signantes autem eos dicimus, Signaculum Doni Spiritus Sancti. Το μέτωπον, seu frons, hic pro simbolo tactus positum. Quinque enim sensus quasi sanctificabantur S. Chrismate: unde postea sequitur: ἀπολαύει τὰς πέντε αἰσθησεις αὐτοῦ, ἀπὸ τοῦ τῶ μύρου ἕξουσι: Abluit ejus quinque sensoria, qua unguento inunxerat. Miror autem hic de impositione manuum nihil dici, qua S. Spiritus baptizatis conferebatur, ut supra habuimus: nisi forte is ritus in hæreticis locum non habuit.

53. Ἁγίας λειτουργίας] Quod sacrum Eucharistiæ: vulgo missa vocatur.

54. Ἀξιώται τῆς ἁγίας μεταλήψεως] solebat enim episcopus, postquam inunctus S. oleo erat, dignum eum declarare, qui S. Eucharistiæ particeps fieret: atque ita se ipse ad celebrationem sacrorum conferebat; & S. Eu-

charistiam baptizato offerebat. Ita Dionysius Areop. ad quem Pachymeres notat, alium in Ecclesia suo tempore, & multo exactiorem, observatum fuisse ritum. Contra Tertullianus ætate sua nullos istiusmodi ritus agnovit. Ita enim ille de Baptismo cap. 11; Nil adeo est, quod obturet mentes hominum, quam simplicitas divinorum operum, qua in actu videtur, & magnificentia; qua in effectu re-promittitur. Ut hic quoque, (in baptismo) quoniam tanta simplicitate, sine apparatu novo aliquo, denique sine sumtu, homo in aquam demissus, & inter pauca verba tinctus, non multo vel nihilo mundior resurgit, eo incredibile existimatur consecutio æternitatis. Vide & Justinum Mart. Apol. 11. Ceterum in hac prima communione baptizati statim dicere solebant, ut D. Hieronymus testatur, Et remitte nobis debita nostra.

μετελήμμενος. τῇ δὲ ἡμέρᾳ ἡ λύει τὸ σάβανον, ἡ τὸ κουκούλ. ἡ τὴν ζώνην, καὶ λέγει τὴν βίβλιν :

Ὁ λύτρωσιν ἁμαρτιῶν Διὰ τὸ βαπτίσματ' ἡ τῆς δόξης σε δωρησάμεν, καὶ ἀναγεννήσεως ζωὴν αὐτοῖς χειροτάμεν, αὐτὸς ἡ νῦν δέσποτα κύριε τὸ Φωτισμὸν ἡ παροσάπτει σε εἰσαγάσων εἰ τῆς καρδίας αὐτῶν Διὰ παντός. ἡ θυρεὸν τὸ πίστεως αὐτῶν ἐπὶ τῇ σῆ πέτρᾳ θεμελίωσον. τὸ ἔνδυμα τῆς ἀφθαρσίας παντός ῥύπτει ἁμαρτημάτων ἀμόλυτον διατήρησον. καὶ τὴν πνευματικὴν σφραγίδα τῆς Φοβεραῖς χρίσεως ἀνεξάρτητον διατήρησον. ἡλεως γενόμεν' αὐτῆς τε καὶ ἡμῖν χε' τὸ πλήτ' ἡ τὸ οἰκτιρῆσ' σε :

Εὐκφώνησις.

Ὁ π' ἀγαθὸς καὶ Φιλάνθρωπος Θεὸς ἡπάραχθεις, καὶ σοὶ τὸ δύξαι.

Εἰθ' ἔπος λαμβάνων ὁ ἱερεὺς ἡ βαμβάκιον, καὶ ὕδωρ εἰ σκιδύει, ἡ σπολύει τὰς πέντε ἀσθήσεις αὐτῶ, ἡς Διὰ τῶ μύρᾳ ἔχεισε, λέγων,

55. λύει τὸ σάβανον] a baptismo stola candida indui solita. vid. Photium epist. lxxiv, Lactantium in carm. de Paschate circa finem, Pontium Paulinum, &c. Unde ea septimana in albis olim dicta, quae proxime festum Paschatis sequebatur, Paschatis enim tempus baptizandis olim constitutum, ob resurrectionem Christi. Explicat hoc accurate Tertullianus cap. xix de Baptismo: duravitque ea consuetudo usque ad tempora Caroli M. Postea & toto Pentecostes tempore, ac tandem quovis. Recte vero Tertullianus loco memorato: Ceterum omnis dies Domini est, omnis hora, omne tempus habile baptismo. Si de sollemnitatem interest, de gratia nihil refert. Hic vero σάβανον vestem lineam significat, qua post balneum corpus desiccari solitum. Hierocles ἱππιατρ. lib. 1, cap. xxxiv: Εἰσαγαγόντες εἰς βαλανεῖον, καὶ ποιήσαντες ἰδρῶσαι, καταμάσσωσιν ἡνδον ξηροῖς σαβάνοις. Victor de Persecutione Vandalica, lib. 111: Illa, quibus eunt

inscipiens de fonte dudum texerat, sabana babilabat. Gregorius Papa l. 111 Dialog. Quem ex more lotum, vestimentis indutum, & sabano constrictum superveniente vespere sepelire nequiverunt. Hinc liquet cingulo sabana corpori adstricta fuisse: eaque de causa hic legimus λύει τὸ σάβανον. Apud eundem lib. iv Dialog. Sabana, ut supra, vestes sunt, quae balneo exeuntibus oblata.

56. τὸ κκελλιον] Galeam hic intelligi puto mysticam, qua baptizati induti, ut est apud Nicephorum Callisti lib. 111, cap. xxxvii. Alias κκελλιον σκίπασμα τῆς κεφαλῆς, integumentum capitis, ut Sozomenus illud interpretatur lib. 111. Hist. Eccles. cap. xiv. Certe mysticum fuit, & sicut baptismo regenerari dicti, ita velut infantes ac puelli, cucullo induti fuerunt baptizati. Hinc & postea Monachi cucullati, eodem intuitu. Dorotheus doctrina 1. λαμβάνομεν δὲ καὶ κκελλιον. τότε δὲ εἰς σύμβολον τῆς ταπεινώσεως, τὰ ἴπια ἡ

munionem. Octava vero die solvit fabanum, cucullum, & cingulum, & has dicit preces :

*Domine, Deus noster, qui peccatorum solutionem per baptismum servis tuis largitus es, vitamque ipsis regenerationis benigne concessisti, nunc quoque illuminationem, quasumus, vultus tui in cordibus eorum in perpetuum infunde : & ostiarium fidei ipsorum lapidem peiræ tue firmiter inadifica. Indumentum incorruptionis ab omni peccatorum macula intaminatum conserva ; & hoc tremende unktionis spirituale signaculum indelebile custodi, & ipsis & nobis propitius factus secundum multitudinem miserationum tuarum.*

Exclamatio :

*Benignus enim & hominum amans Deus es, & tibi gloriam.*

Deinde Episcopus vasculum capit, & aquam infundit pelvi : & abluit quinque sensus ejus, quos oleo inunxerat, dicens : \* \* \*

τὰ μικρόν, τὰ ἀκκα, φορεῖ κικέλια. ἀν-  
θρωπὸν δὲ τίλει κικέλιον ἢ φορεῖ. Ἡμεῖς  
ἐν δὴ τῷτο φορεῖμεν, ἵνα νηπιῶμεν τῇ κα-  
κίᾳ, ὡς λέγει ὁ ἀποστόλος : Sumimus & cu-  
cullum. Hoc enim submissionis animi symbo-  
lum est. Infantium enim parvulorum, & in-  
noxiorum, id gestamen. Homo autem adulta-  
tatis cucullum non gestat. Nos igitur ea de  
caussa eo utimur, ut in re malitia infantium  
representemus innocentiam, quemadmodum A-  
postolus precipit. Ab hac voce deductum est  
verbum ἀποκικελίζω. Sic in Euchologio  
Græcorum : Ἐὐχὴ εἰς τὸ ἀποκικελίζω : Pre-  
ces, quum cucullus exuitur. Ex his, quæ  
allata, satis liquere puto, cur Telephorus,  
infans cucullatus, Æsculapio & Hygiæ ad-  
jungi soleat : nimirum, quod hi, qui e mor-  
bo pristina restituantur valetudini, instar in-  
fantium sint recens natorum, & quasi re-  
generatorum : non lecus ac serpens iis ad-  
dita, renovatæ vitæ symbolum est, quot-  
annis veterem pellem abiciens. Multi ve-

ro sunt, qui hanc ignorant facti rationem.  
Confer, quæ supra de regeneratione, & mel-  
lis ac lactis prægustata concordia dicta sunt.

57. τῆν ζώνην] respectum ad Apostoli mo-  
nitum, Ephes. vi, 14; sic ut, quod ad ga-  
leam, ad vers. 17. Consulatur super his  
Dionysius Areopagita, sæpiusculæ memorato  
loco.

58. βαμβάκιον] vestis bombycina, qua  
absterfum oleum. βαμβάκι, bombyx, in glos-  
sariis. Achmetes Onirocrit. cap. 222 : Ἐάν  
ἰδῃ τις, ὅτι φορεῖ ἰσώτιον ἔχει ἀντὶ βαμβάκιος  
μετάξην, πληροῦσταται πλούτη ἰσχυρῶ ἀναλογίᾳ  
τῆς πλεθῆος : Si quis se vestem sericam pro  
gessypina gestare viderit, pro ratione copia se-  
rici magnas acquireret divitias.

59. ἀπολείπει τὰς πέντε αἰθήσεις] Eapropter  
ne sacrum oleum, sive unguentum, ante hanc  
sollemnem abluitionem detergeretur, recens  
baptizati lavacro quotidiano per totam hebdo-  
madam abstinebant. Ita Tertullian. de Corona  
mil. cap. 111.

*Hactenus MS. Codex Viennensis, & capite, & calce mu-  
tilus : sed postrema facile ex Euchologio ac Rituali Græco-  
rum suppleri poterunt.*

## Θ Ε Ο Δ Ω Ρ Ο Υ,

Ἡ πρὸς τὰς μαθητὰς αὐτῶ

## Δ Ι Λ Θ Η Κ Η.

Ἀ' κίων ἔ γεις Δαβὶδ λέγοντ<sup>ε</sup>, ἠτοιμάσθην, καὶ ἔκ ἐξελχθῆναι. καὶ πάλιν φάσκοντ<sup>ε</sup>, ἐτοιμὴ ἡ καρδία μου, ὁ Θεὸς, ἐτοιμὴ ἡ καρδία μου. ἐπειδήπερ εἰς συνεχῆ ἀδένειαν τὴν τῆς δυστήνας μου σώματ<sup>ε</sup> ἐμπεπλοκάς, ἔχ οἷός τέ εἰμι πάντας ὑμᾶς, τέκνα μου, καὶ ἀδελφοί, καὶ πατέρες, κατὰ πρῶτον μου ἀγαθῶν ἐν ἡμέρᾳ ἐξόδου. Ὡς τὸ ἐν διαφόροις τόποις καθεστῆναι τὰ μοναστήρια, ἄλλως τε καὶ ὑποδημίας χρῆσαι ἀνάγκη, ὡς ἡδη ἐκλυθείας τῆς ὄρας τῆς ὑπὸ τῆδε βίβης μεταστάσιός μου, πρὸφθάνου διαφέσθαι ἡμῖν ταύτην τὴν διαθήκην, ἀρμόδιον καὶ ἀσφαλές τοῦτο ἠγασάμεν<sup>ε</sup> πρὸς τὸ ἀκρίβειά μου τῆς τελευταίας φωνῆς, διεγνωσέναι, ὅπως τε πετρώ καὶ φρονῶ, καὶ οἷον ἀφίημι τὸ καθεγησόμενον μετ' ἐμέ. ἵνα ἐπιβῶθεν συμφωνίαν ἀγορεύετε καὶ εἰρήνην τὴν ἐν Χριστῶ, ἣν εἰς ὑμεῖς μέλλων ἀναφοιτῶν ἀφίησι<sup>ε</sup> τοῖς ἁγίοις αὐτῶ μαθηταῖς, καὶ ἀποστόλοις, αὐτὸς ὁ κύριος<sup>ε</sup>.

1 Πιστεύω ἵνα γὰρ εἰς Πατέρα, καὶ Υἱόν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα. τὴν ἁγίαν, καὶ ὁμοῦσον, καὶ ὁμοῦσον τριάδα. καθὼς βεβάβησμαι, καὶ ἀναγεγέννησμαι, καὶ τετελείωσμαι. Θεὸν τὸν πατέρα ὁμολογῶ. Θεὸν τὸν Υἱόν. Θεὸν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἐν τῶ τρία τῆ Θεότητι. ὡς καὶ ἑμπαλιν τρία τὸ ἐν τοῖς ὑποστάσει, εἰς γὰρ Θεὸς ἡ τριάς ὡς τὸ ὁμοῦσον. εἰ καὶ διήρη<sup>ε</sup> διὰ τὸ ἑτεροῦπύστατον.

2 Ἀυθὶς τε ὁμολογῶ τὸ ἕνα τῆς τριάδος<sup>ε</sup> τὸ κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν διὰ φιλανθρωπίαν ἀμετρον ἐν σαρκὶ ἐκλυθέναι ἐπι σωτηρίας τῶ κατ' ἡμᾶς γένους. διλονότι ἐν τῆς ἁγίας καὶ παναμώμου Θεοτόκου τὴν σάρκα ἀνεληφόσα διχα ἀπορῆς ἀνθρωπίνης, καὶ ἐκ γαστρός αὐτῆς καὶ τὸ Θεῖον λόγιον νόμου φύσεως γεγεννημένον. διπλῶν τε ἄντα τὸν αὐτὸν, ὅλον τέλειον τῆ Θεότητι, κατ' ὅ ἐκ ἐτέρας<sup>ε</sup> τῶ<sup>ε</sup>, ὅπερ ἦν. καὶ ὅλον τέλειον τῆ ἀνθρωπότητι. κατ' ὅ ἐκ ἐλέειπτό πι τῶ<sup>ε</sup>, ὅπερ ἦν. ἠροσελήφε. τὸ αὐτὸν ἕνα κατ' ὑπόστασιν. ὡς περ ἐν δύο φύσει γνωριζόμενον, ἔτω θελήσει τε καὶ ἐνεργείαις, ἐν αἷς ἕδρασ καταλλήλως πετῶ<sup>ε</sup> καὶ ἀνθρώπινα.

Πρὸς

## T H E O D O R I

Ad Discipulos suos

## T E S T A M E N T U M,

Interprete JACOBO SIRMONDO.

**D**um Davidem audiens dicentem, *Paratus sum, & non sum turbatus*; iterumque, *Paratum cor meum, Deus, Paratum cor meum*, postquam in continuam miseri mei corporis ægritudinem illapsus, cunctos, filii, ac fratres, patresque, coram nequeo sub exitum adducere, quod variis in locis posita Monasteria sint, & alioquin abscesserint nonnulli, ceu præsentem ex hac vita discessus hora, *Testamentum* hoc vobis præverti condere, tutum id, ac conveniens ratus, quo suprema audita mea voce, sciretis, quemadmodum credam, atque sentiam, & qualem post me præfectum relinquam: unde concordiam porro, ac pacem in Christo ageretis, quam in cœlos abiturus sanctis suis discipulis, & Apostolis, Dominus dimisit.

Igitur credo in Patrem, ac Filium, Sanctumque Spiritum, sacram, unius naturæ, præpotentem Trinitatem, proinde ut regeneratus, tinctus, instauratus sum, Deum confitens Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum Sanctum, tria unum divinitate, ut unum tria vicissim personis. Una est enim Trinitas, pro uniusmodi natura, etli personis discreta est.

Rursumque unum e Trinitate, Dominum nostrum Jesum<sup>2</sup> Christum, incomparabili liberalitate corporatum venisse, incolumitando generi nostro, corpore nimirum e sacra, & irreprehensa Deipara citra virilem satum contracto, legeque naturæ secundum oraculum divinum ex ejus alvo progenitum, qui & duplex idem fuerit; totus perfectus divinitate, quatenus haud mutavit, quod erat; totusque perfectus humanitate, quatenus indefectum, quod assumpsit, fuit, & unus idem persona, ut in duabus agnitus naturis, ita & voluntatibus, ac functionibus, in quibus divina competenter, humanaque gessit.

Z 2

Ad





Ad hæc fraudem omnem hæreticæ versutiæ detestor; sacra, 3  
& œcumenica sex Concilia secutus, ac Nicææ nuper iterum  
coactum contra Christianorum accusatores.

Augustas atque venerandas Domini nostri Jesu Christi, Dei- 4  
paræ, Apostolorum, Vatum, Martyrum, Sanctorum omnium,  
justorumque imagines adorans, & approbans, quorum sine  
macula preces expeto, Numinis propitias; fide, ac reverentia  
sacratissimas Reliquias amplexus, velut divinæ plenas gratiæ. Præ-  
terea cum sacros omnes novi, & antiqui fœderis libros recipio,  
tum illustrium Patrum, Doctorum, Monachorum vitas, dia-  
que monumenta, quod ob Pamphilum dico, vecordem, ab  
Oriente profectum, qui eos sanctos insimulet: Marcum, inquam,  
Esaïam, Barfanuphium, Dorotheum, Hefychium. Nec Barfanu-  
phium, Esaïam, Dorotheum sentio gregarios Acephalorum; ac  
Decicornium, qui vocatur, ejusque factionis socios, D. Sophronio  
in libello diris divinctos, aliis scilicet prædictis, quam sint isti.  
Quos Patrum traditione, sanctissimi Patriarchæ Tarasii, qui  
Pontificatum proxime gessit, rogatu, & aliorum fide digno-  
rum, qua indigenarum, qua Orientalium, admitto, (tumque  
quod Barfanuphii in sacro Majoris Ecclesiæ vestiario simulacrum  
cum sanctis Patribus sit erectum, Antonio, Esfraemo, aliisque,  
tumque in eorum doctrinis impium nihil, quin magnam contra  
animorum frugem deprnderim) dum in iis quoque per Syno-  
di acquisitionem fraus aliqua detegatur. Nam si vel diris obli-  
gati, vel alii ab iis hæresi capti parebunt, diris etiam atque etiam  
multantor a Patre, & Filio, ac S. Spiritu.

Profiteor insuper & habitum Monasticum sublime quiddam,  
præstansque, & Angelicum haberi, quo accurate degendo, ac  
mirum ni ad leges Monasticas divini magnique Basilii exigen- 5  
do, non dimidiatim obeundo, quod plerique faciunt, quæ-  
dam adsciscentes, quædam repudiantes, cunctæ expientur noxæ,  
ut citra terna ea, quæ in nobili Scala demonstrantur, laudabi-  
lia instituta, aliud quod ineamus, legitimum studium sit nul-  
lum. Quin nec mancipium parandum, nec jumentum\* uterinum,  
ut a professione alienum, conjunctumque cum animorum pe-  
riculo.

Z 3

\* In Græco est, feminei sexus. Di boni! etiamne intuta tum a Monachorum libidine bestia,  
ut earum cœmitione interdendum iis hoc Testamento fuerit? forte veterinum Sirm. scriptum.



riculo. Atque hæc obiter dixi: neque enim est ea explicandi tempus; verum nequi sinistram de me opinionem conciperent, nec consentaneam iis, quæ sentire arbitrer recte. His sic habentibus, proximum est & de Præfecto disserere. Ergo inprimis, dum patremque meum juxta, ac vestrum, sanctissimum Clusium relinquo patrem, illustratorem, magistrum, qui vobis mihi & in Domino præfuit, & nunc caput est, quamlibet se subduxit, pro Christiana submissione, deditus quieti, cujus vos auspiciis, atque precibus servatum iri confido, si, quam oportet, obedientiam vicissim, ac obsequium, conferetis. Deinde quem communi suffragio duce paterno consilio diè præfeceritis. Nam, in quem universitas inclinat, eodem sequitur & mea voluntas. Sed ades vero, ô Pater, fraterque, quicumque es futurus. En coram Deo, ejusque Geniis electis, universam hanc Christianam Rempublicam tibi committo, quam capeffas. Atqui capeffes? quemadmodum reges, & tuebere? ut agnos Christi, ut tuapte carissima membra, fovens, defensans, procurans unumquemque pari benevolentia mensura, postquam par corporis membrorum studium cuique est. Visceribus pro affectione reclusis, cunctos liberaliter acceptos nutricator, fingito, perficito; ingenium prudentia deacuito, animi alacritatem fortitudine excitato: mentem fide, speque firmato: probitate omnibus præito: tectos contra imaginarios hostes propugnato, mactos in virtutis tanquam latifundium immittito, quasi quodam innocentia solo dividendo. Tibi hæc quidem præcepta scisco, quæ retinere necessitas cogat, neque ex omnibus, præter exemplum normamque, quam a me nihili acceperis, quicquam mutabis citra urgentem necessitatem.

Non mundanum aliquid parabis, aut in usum proprium 1 coges, nec teruncium solum.

Non studio, ac sollicitudine mentem, & ingenium distrahes 2 præ iis, quos, creditos divinitus, atque a me commissos, spirituales quosdam habeas natos, fratresque, in privatos humaniter quondam seu cognatos, seu amicos, seu æquales.

Non monasterii tui facultatibus utere nec vivus, nec post 3 mortem, quas eroges, aut hereditario leges prædictis, postquam non es ex mundo, ut mundanis fruarer: nisi qui transeant  
inter-

Ἐ κοινικῆ βίῃ εἰς τὸ καθ' ἡμᾶς πάγμα. καὶ ἔτω Φροντίσεις κατὰ μίμνησιν τῶν ἁγίων πατέρων.

- 4 Οὐ κλῆση δδλον, ἔτε εἰς οἰκειὰν ληείαν, ἔτε εἰς ἣν ἐνεπιτεύθης μονήν, ἔτε εἰς ἀγρῶς, τ' κατ' εἰκόνα Θεῶ γεγνότα ἀνθρώπων. Τῶτ' γδ μόνοις τοῖς ἐν τῷ βίῳ συνεκέρρηται, ὡς ὁ γὰμϑ. σοὶ δὲ ληείων παρεχέειν εαυτὸν δούλον τοῖς ὁμοφύχοις σε ἀδελφοῖς τῇ προσέσει, καὶ τῇ ἐξω ἔπιφανείᾳ ὡς δεσπότης λογίση, καὶ διδάσκαλϑ.
- 5 Οὐ οχοίης ζῶον τῶν ἐκ τῆ θήλεϑ γένεσ εἰς ληείαν ὑπεργικλήν, ὡς τὸ γήλυ παντάπασιν σποταζάμενϑ, ἔτε ἐν μοῆ, ἔτε ἐν τοῖς ἀγροῖς, καθῶς ἔδει τ' ὁσίων καὶ ἁγίων πατέρων ἡμῶν ἐληήσατο, ἔτε ἡ φύσις αὐτῇ ἔπιτρέπει.
- 6 Οὐκ ἐποχόμενος ἔση ἔπι ἴπποις, καὶ ἡμίονοις, διχα ἀνάγκης. ἀλλὰ Χειρομμῆτως πεζοπορήσεις. εἰδὲν πάλός σοι τὸ ὑποζύγιον ἔτω.
- 7 Παραφυλάξεις πάντως τὸ πάντα τὰ ἐν τῇ ἀδελφότητι κοινὰ εἶναι, καὶ ἀμέριστα. καὶ μηδὲν χτ' μέρϑ τ' κατέλαστον εἰς ἐξαυθέντιον μέχει καὶ ραφίδϑ. Σε δὲ καὶ τὸ σῶμα, καὶ ἡ ψυχή, μήτιγε ἄλλο, ἔτασαν διαμεμελισμένα ἐν ἰσότητι ἀγάπης πᾶσι τοῖς πνευματικοῖς σε τέκνοις, καὶ ἀδελφοῖς.
- 8 Οὐ οχοίης μὲ κοσμικῶν ἀδελφοποιίας ἢ συντεκνίας, ὁ Φυγὰς τῶ κόσμου, καὶ τῶ γάμου. εἰ γδ εὔρεται ἐν τοῖς πατράσιν. εἰ δὲ καὶ εὔρετ', σπανιάκισ. καὶ τῶτ' εἰ νόμϑ.
- 9 Οὐ συνεδιαθείση μὲ γυναικῶν, πλὴν τ' κατὰ σάρκα μητρός, καὶ ἀδελφῆς, καὶ τε κανονικῆς, καὶ τε κοσμικῆς, εἰ μή πῆ βία καὶ ἀνάγκη χαλόη, καθῶς ὡδρακελθόντ' οἱ ἅγιοι πατέρες.
- 10 Οὐ οχοίης τὸ πολυπρόδοον καὶ πολυγύρετον ἀνευ ἀνάγκης, ἐγκαταλιμπάνων τὸ οἰκεῖον ποίμνιον. ἀγαπητὸν γδ καὶ οχολάζοντ' ἐν τῇ ποίμνι δυναθῆναι σε διασῶσαι πρὸ πολυτροπότατα, καὶ πολυεξόδευτα λογικὰ πρῆβατα.
- 11 Παραφυλάξεις πάντως τ' ποιέσθαι τρισάκισ πλὴν κατήχησιν τῇ ἐβδομάδι, καὶ καθ' ἑσπέραν, ἢ ἀφ' ἑσπέρων, ἢ δὲ ἄλλοις τ' τέκνοις. ἐπειδὴ πατροὶδραδότον τῶτ', καὶ σωθελιον.
- 12 Οὐ δοίης, ὅπερ λέγχοι, μικρὸν οχοῖμα. ἐπειτα ὡς μέγα. ἐν γδ τὸ οχοῖμα, ὡσπερ καὶ τὸ βιάπισμα. καθῶς οἱ ἅγιοι πατέρες ἐχερήσατο.
- 13 Οὐ ὡδραβῆς τὰς νόμους καὶ κανόνας τῶν ἁγίων πατέρων, πρὸγε πάντων τ' θεῖς καὶ μεγάλα Βασιλεία. ἀλλὰ πᾶν ὅτι ἀν ποιῆς, ἢ λέγχοι, ὡς

interdum e communi vita ad hunc ordinem nostrum, ac tum cura defungere, ad Sanctorum Patrum exemplum.

Non hominem, factum ad imaginem divinam, servum parabis, neque usui privato, nec Monasterii, quod administras, nec agrorum: id enim solis mundanis permittitur, uti nuptiæ. Te quidem benevolentia servum unanimis fratribus præbeas oportet, quamlibet foris, in superficiem, ut herus, ac magister habere.

Non feminini generis animantem in jumentum habebis, qui feminis prorsum valedixeris, neque in Monasterio, neque in agris, quemadmodum nec divorum Patrum usus est quisquam, nec patitur natura.

Non mulis, & equis vestabere, citra necessitatem; sed Christiane pedes obis: sin usu veniat, pullus jungitor.

Plane operam dabis, quæ Collegii sint, communia teneri, atque indivisa cuncta, nihilque privatim a quoquam, ad licentiam, nec acum solam. Corpus quidem certe, animumque, præterea nihil, æquali amore in spiritales omnes filios, fratresque partitor.

Non mundanis utere fratribus, quasque consiliis habendis, exul mundi ac nuptiarum. Neque enim reperitur in Patribus: sin repertum est, rarius certe; neque id lex est.

Non epulabere cum feminis, matre & sorore secundum carnem exceptis, (regularibus an mundanis, nescio) nisi quæ vis ac necessitas vocet, ut jubent Patres.

Non frequens prodibis, palabundus, citra necessitatem, grege deserto, cui palmarium sit imprimis vel in caula vacanti flexiles, & errabundas, ut sic dixerim, oves catas sospitare.

Prorsum non omittes, quin ter hebdomadatim, atque appetente vespera, Catechesim dictes, seu per te, seu per alium e filiis: quod a majoribus traditum est, nec fruge caret.

Non habitum parvum, quem appellant, ac sic deinde conferes magnum: nam unus habitus est, uti & Tinctio, auctoribus sanctis Patribus.

Non leges ac scita majorum, in primisque magni, & divini filii, migrabis: quin, quodcunque ages, dicesve, ceu testimonium

ὡς μαρτυρίαν ἔχων ἐκ τῶν γραφῶν, πρῶτος, ἢ ἐκ πατερικῆς συνηθείας ἀνευ ὡς βλάβεισιν οὐθις Θεῶ.

- 14 Οὐ χαλεαίφεις τὸ πόμπιον σε, καὶ εἰς ἕτερον μετὰ βίης, ἢ πρὸς μείζονα ἀξίαν ἐπαναδραμόεις ἀνευ συγκαταθέσεως τῆς οἰκείας σε ἀδελφότητος.
- 15 Οὐ Φιλιάσεις μὲν κανονικῆς, ἔδδὲ ὡς βαλαίς ἐν γυναικείῳ σεμνείῳ. ἔδδὲ καὶ μόνως ὁμιλήσεις μοναζήσῃ, ἢ κοσμικῇ, εἰ μὴ πρὸς ἀνάγκη ἔλθοι. καὶ τότε δύο παρόντων ἐξ ἑκατέρου μέρους πρὸς ὅσων. τὸ γὰρ ἐν, ὡς φησιν, ἐπιπράσσει.
- 16 Οὐκ ἀνοίξεις τιῶν θύραν τῆς μονῆς ἐπὶ εἰσόδῳ παιθίας γυναικὸς ἀνευ μεγάλης ἀνάγκης. εἰ δὲ δυνατὸς εἶ ἀσυμφανῶς δεχέσθαι, ἔδδὲ τὸ ἐπιβλητὸν.
- 17 Οὐ ποιήσεις σαυτῷ καταγάγιον, ἢ τοῖς πνευματικοῖς σε τέκνοις οἶκον κοσμικῶν, ἐν ᾧ εἰσὶ γυναῖκες, ἐπὶ συχνῷ ὡς βαλλῶν. ἀλλ' ἐκλέξῃ εἰς ἀνδρῶν θύλαβῶν πᾶς παροδικῆς, καὶ ἀναγκαίας χρείας ποιείσθαι.
- 18 Οὐ κτήσῃ μαθητῶν εἰς τὸ κελλίον σε προσπαθῶς. ἀλλ' ἐκ πρὸς ὅσων ἀνυπόπτα, καὶ ἐκ διαφόρων ἀδελφῶν τῆς ὑπηρεσίας σε ποιήσεις.
- 19 Οὐ κτήσῃ ἱματισμὸν ἐξηλλαγιδίον, καὶ πολυτίμον, ἀνευ τῶν ἱερατικῶν. ἀλλὰ τοῖς πτωχοῖς πατρομιμῆτας καὶ ἐνδύσει, καὶ ὑποδήσει.
- 20 Οὐκ ἔσῃ ἀβροδίαιτος ἔπερ ἐν τῇ οἰκείῃ σε δαπάνῃ, ἔπερ ἐν ταῖς ὑποδοχαῖς τῶν ξένων, ὡς καὶ τὸ πρὸς ἐπιστόμιον. ἔστι γὰρ τῆς μερίδος τῶν παρόντων βίος.
- 21 Οὐ φησαυρίσεις χρυσίον ἐν τῇ μονῇ σε, ἀλλὰ τὸ καὶ πρὸς ἀείσεσιν ἐπὶ παντὸς εἶδους μετὰ δώσεως τοῖς πενιθροῖς, ἐν ἀνοίξει τῆς αὐλῆς σε, καθὼς οἱ ἅγιοι πατέρες.
- 22 Οὐ κρατήσεις πᾶσαν ἡσφαλισμὸν, καὶ τιῶν οἰκονομικῆν φροντίδα. ἀλλ' ἔσῃ σε κλειὸς ἢ μεγίστη τῶν ψυχῶν φροντίς τῆς λύειν καὶ δεσμεῖν κατὰ τὰ λόγια. τὸ χρυσίον δὲ, καὶ τὰ κατὰ χρείαν, ἐγχειρίσεις τοῖς οἰκονόμοις, τοῖς κελλαίταις, καὶ ὡς ἐπιβάλλοι καθ' ἑκάστην διακονίαν σε πρὸς ἅλως τῆς πάντων ἐξουσίαν ἔχοντος, καὶ μετὰ φέροντος, ὡς ἀνὰ βαλεὺν μὲν τῶν πρὸς ἐχόντων ἐν τῷ τυχερίῳ πρὸς ὅσων, ἀπολαμβάνων τῆς λόγον ἐκείνης διοικήσεως.
- 23 Οὐ πρὸς πρὸς τῆς συμφέροντος τῆς ἀδελφότητι πρὸς ὅσων παντὸς ἀνθρώπου ὑπερέχοντος, καὶ ἐξουσιάζοντος κατὰ τὸν παρόντα αἰῶνα, ἔπερ ὑποσταλῆς μέχρῃ αἱματός ἐπὶ φυλακῇ τῆς γείων νόμων καὶ ἐντολῶν πρὸς τῆς τὴν ψυχὴν σε.

nium habens e sacris litteris, aut paterna tua consuetudine geres, divino præcepto minime violando.

Non grege relicto ad alium te conferes, aut majorem dignitatem invades, citra consensum collegii. 14

Non consuesces cum regulari, neque in muliebri sacrarium irrumpes, nec cum Monacha, aut mundana seorsim colloquere, ni necessitas trahat, duabus tum quidem utrimque præsentibus personis. *Tentabilis est enim solitudo*, ait ille. 15

Non intraturæ mulieri cuiquam Monasterii fores aperies, citra ingentem necessitatem: sin clam potesmittere, ne id quidem rejectaneum. 16

Non diversorium tibi, aut spiritalibus filiis, mundanas ædes habebis, ubi frequentes sint mulieres, diversatus: quin usui, ac necessitati peregrinæ religiosorum, quam legeris, domi satisfacies. 17

Non discipulum ad cellam molliculum libidinosè parabis: sed nec suspectæ personæ, & diversorum fratrum servitiis utere. 18

Non multitium vestitum, ac sumptuosum tenebis, excepto sacrifico, tenui, Patrum exemplo, & amictu, & calceamento adhibendo. 19

Non splendorem captabis neque in privatis expensis, neque hospitibus invitandis, ceu occupatus in eo: nam hujus vitæ voluptariorum hæ sunt partes. 20

Non aurum in Monasterio coges, sed e quavis, specie superfluum in pauperes erogabis, aula adaperta, proinde ut sancti Patres. 21

Non arces tenebis, ac procurationem mundanam: quin esto hæc potissima clavis, animorum procuratio, ligandorum, & solvendorum, ex oraculis. Aurum quidem, ac necessaria trades œconomis, cellariis, atque, ut cujusque postulat munus, te arbitrio palam cunctorum, & in quodlibet caput, transferente, prout cum antecessoribus consultatis, ac rationem cujusque administrationis habituro. 22

Neminem potentem, & eximium in hoc seculo Collegii commodis præhabebis, nec vel in necem retrectabis, quin divinis tuendis legibus ac præceptis vitam projicias. 23

24 - Οὐ ποιήσεις τι, ἢ πρᾶξεις κατ' οἰκίαν γνώμην ἐν παντὶ πρᾶγματι  
 ἢ τε ψυχικῶν ἢ σωματικῶν, πρᾶξον μὲν ἀνευ βουλῆς ἢ βίχης τῆς κυρίας  
 καὶ πατρὸς σοῦ, ἔπειτα ἢ πρᾶσόντων ἐν γνώσει καὶ βουλαβείᾳ καὶ πῶς  
 ὑποκειμένην ὑποθέσιν. εἰς γὰρ χρεία τυχόν, ἢ δύο, ἢ τριῶν, ἢ ἢ πλειό-  
 νων. ὡς περ εἰτε βέλμεθα πατρικῆς, ἢ διήξαμεν. ταῦτα πάντα ἢ ὅσα  
 ἔτερα ἐξελάβη, ὡς φυλάξεις, ἢ φερέσεις, ἵνα εὖ σοι γένηται. ἢ ἔση  
 κατευδόμενον ἐν κυρίῳ. τὸ γὰρ ἐναντίον ἀπειρή ἢ λέγειν, ἢ εἰνοεῖν.

Δεῦρο ἢ ὑμῖς, τέκνα μὲν ἢ ἀδελφοί, ἀκίστατέ μὲν ἢ οἰκτωπάτης  
 Φωῆς. δεῦραδε, ἢ ἀποδέξατε ἢ κύνον ἢ ἡγῶμενον, καθὼς ἐξελέξατε οἱ πάν-  
 τες. Οὐδεὶ γὰρ ἔχει κατ' ἑδῆνα τρόπον εὐρήσασθαι ἄλλον πινὰ βίον, παρ' ὃ  
 ὑπάρχει, ἢ ἔστ' ὁ δεσμός ὑπο κυρίας. Ἀσπάσαθε αὐτὸν ὡς διάδο-  
 χόν μὲν δι' αὐτῶν ἢ πρῶτος προσβλέποντες αὐτὸν. ἢ ἢ τῆς ὑποταγῆς  
 κανόνα νόμιμον ὡς ἐν ἐμοὶ ἢ ἐν αὐτῷ διαφυλάξατε, μὴ καταφρο-  
 νῆντες τῆς ἐν κυρίῳ νεαρῆς προβολῆς αὐτῆς. μηδὲ ἐκζητῆντες πλείον  
 πὶ τῷ δωρηθέντων αὐτῷ ὑπο τῆς Πιθίματ' ἢ ἀγίης χειρισμάτων.  
 ἀρκετὸν αὐτῷ διακρατήσῃ, ἄπειρ ὡς τῆς κατωτάσεώς μὲν ἐντέλα-  
 ται. ἢ εἰ ἀγαπάτε με τὰ τέκνα μὲν, τὰς ἐντολάς μὲν φυλάξατε. ἢ τὴν  
 εἰρήνην ἐν ἑαυτοῖς ἔχετε, ἢ τὸ ἀγγελικὸν ὑμῶν ἐπάγγελμα ἀδιάφουτον  
 τηρήσετε, ἢ ἡραῖως πορευόμενοι. Τὸν κόσμον μισήσαντες μὴ ὀπίσθητε  
 πρὸς τὰ τῆς κόσμου ἔργα. λυθέντες τῷ δεσμῶν τῆς πρᾶσασίας  
 μὴ ἐνδιδῆτε αὐτῶν πρὸς τὰς σαρκικὰς σχέσεις. ἀπαρνησάμενοι πάντα  
 τὰ τερπνὰ καὶ ὀπίσθητε τῆς παρόντ' βίης, μὴ δὲ ὀλιγωρία ἀπο-  
 πηδῆσθε τῆς ἀσθητικῆς ὑμῶν ὑποταγῆς, γενόμενοι ὀπίσθημα δαι-  
 μόνων. πρὸς τὸν δεσμόν τῆς ὑποταγῆς μέλει τέλος ἐγκρατεῖσθε, ἵνα  
 τῆς δικαιοσύνης ἀμαρτανίου γέφανον κομίσασθε. τῆς ὑποταγῆς ἀρνησά-  
 μενοι, ἀρνησάτε ἢ οἰκίαις θελήματ' γενέσθε. πρὸς μόνον διατυπού-  
 μενοι τὰ ὡς ἢ καθηγεμένους ὑμῶν ἐγκρατέσθε. καὶ εἰ ταῦτα οἶ-  
 दाτε, μακάριοί ἐστε, ἐάν φυλάξατε αὐτὰ μέλει τέλος. Οὐ γὰρ χρὸς  
 τῷ μαρτύρων ὑμῶν εἰσδέχεσθαι, καὶ γεφανηφορῶντες ἐν τῇ βασιλείᾳ τῆς  
 ἡραῖων τῷ αἰώνιων ἀγαθῶν ἀπολάσσετε, καὶ λοιπὸν τέκνα σώζοισθε.  
 ἀποδημίᾳ γὰρ γέλλομαι ἀνεπίτροφον, ἢ ἢ πάντες οἱ ἀπ' ἀνῶν δια-  
 δευσαν, ἐφ' ἢ καὶ αὐτοὶ μικρὸν ὑπερον, λειτργήσαντες πρὸς βίαν,  
 ἀποβιώσασθε. ὅσον οἶδα δὲ, ἀδελφοί μὲν, πρὸς ἀπέρχουσα, ἢ ὡς ἀ-  
 παντήσαι μοι τὸ κείμενον. ἢ ὅποῖ ὑποδέχεται με τῶ. ἔργον γὰρ  
 ἀγαθὸν ὅσον εἰργασάμενη ἐνώπιον Θεῶν ἐν καὶ μόνον. πάσης δὲ ἀμαρ-  
 τίας ὑποθύνου ὑποάρα. πλὴν χαίρω, καὶ ἡδομαι, ὅτι ἀπὸ κό-  
 σμου εἰς ἡραῖον παρβύομαι, ἀπὸ σκότους εἰς Φῶς, ἀπὸ δουλείας εἰς ἐλευ-  
 θερίαν.

Nullo obeundo negotio, ceu animali, seu corporali, quicquam facies, agesve ex tua sententia, in primis citra domini, & patris consilium, ac voluntatem, deinde prudentia, pietateque præstantum pro argumento præsentis. Scilicet unus opus est forsan, aut duo, tresque, aut etiam plures, quemadmodum paterne sanximus, & statuimus. Cuncta hæc, inquam, quæque alia suscepisti, servabis, ac custodies, quo bene tibi sit, & in Domino prosperere: nam contrarium absit tum dicere, tum cogitare.

Adeste huc jam porro filii, fratresque, audienda tristissima mea voce. Excipitote, ac suscipitote Dominum Præfectum, quem frequentes elegistis, postquam nemini ullo modo aliam, quam quæ obeatur, vitam adsciscere licet, quod sub Deo vinculum est. Præfatore, ut successorem meum, reverenter, & honorifice tuentes, ac, quam in me, in eoque legitimam obedientiæ regulam tenetote, haud despiciati novitiam in Deo procurationem, nec plus tributis ab sancto Spiritu beneficiis exposcentes. Satis est retinere eum, quæ a nobis acceperit, mandata. Enimvero, si me amatis, filii, obitote mea præcepta, & inter vos pacem habetote. Angelicam vestram professionem genuinam servatote, vita ineunda cœlesti: neu mundum detestati, ad mundi opera reditote; neu vinculis soluti voluptatis, iterum carnis studiis ingenia revincitote, caducis omnibus præsentis vitæ deliciis abjuratis: neu per secordiam ab athletica secessione resilitote, triumphus futuri Dæmonum. Ad obedientiæ curriculum in metam duratote, quo probitatis lauream feratis, quæ minime marcescat. Ducti submissione, propriam quisque voluntatem abnegatote, solis deformati, quæ fanciat Præfectus. Hæc qui sciatis, felices eritis, si ad extremum conservabitis. Nam choro excepti Martyrum, ac coronis redimiti, in cœlesti regno æternis bonis fruemini. Quod superest, filii, valete, postquam irremeabile iter capesso, quod ab omni memoria cuncti peragrarunt, eoque post paulo defuncti vitæ muneribus pervadetis. Equidem fratres, quo iturus sum, nescio, aut quam sententiam laturus, quive excepturus me locus: neque enim præclarum coram Deo opus exegi, vel unicum duntaxat, scelerum omnium damnas. Quanquam gaudeo, lætorque, qui e terra in cœlum proficiscar, e tenebris

φερίαν, ἀπὸ παροικίας εἰς ἀληθινὴν κατοικίαν, ἀπὸ τῶν ξένων καὶ ἀλ-  
 λοτρίων (παροικός εἰμι ἐγὼ καὶ παρεπίδημος, καθὼς πάντες οἱ πα-  
 τέρες μᾶ) εἰς τὰ ἐμὰ οἰκεία. ἐτι τολμωρότερον φηγομαι, ὅτι πρὸς  
 τὸν δεσπότην μᾶ ἀπειμι, πρὸς τὸ κύριον καὶ Θεὸν μᾶ. ὃν ἠγάπησεν  
 ἡ ψυχὴ μᾶ. ὃν ἐγνώρισα πατέρα. εἰ καὶ οὐκ ἐφραπέυσα ὡς υἱός.  
 ὃν ἐκτησάμην ἀντὶ πάντων, εἰ καὶ οὐκ ἐδέξασα, ὡς δὲ ληστὴ γνή-  
 σις. ταῦτα ὡς φρονῶν εἰρηκα. δι' ὑμᾶς δὲ λέλεχα, ἵνα προθυμῶ-  
 δέ μᾶ τῆς σωτηρίας. καὶ ἐὰν ἔπιτύχω ταύτης, ἰδέ λόγον δίδωμι ἐνώ-  
 πιον τῆς ἀληθείας, ὅτι ἐ σιγήσω, τολμωρῶς δέεσθαι τὸ κύριον καὶ δεσπότην  
 μου ἕπερ πάντων ὑμῶν, ἵνα σώζησθε, ἵνα θύρα γῆτε, ἵνα πληθύ-  
 νησθε, εἰς δόξαν αὐτοῦ, προσδεχόμενοι ἕνα καὶ ἕνα ἀπὸ τῆς ἀπὸ  
 τῆς κοσμοῦ ἀναχαρήσεως φερεῖν, καὶ προσλαμβάνειν, καὶ προσαπατάζεσθαι.  
 πεποιήσιν γὰρ τοιαύτην ἔχω, ὅτι ἡ ἀγαθότης αὐτοῦ ἐπὶ τὸ αὐτὸ ὡς ἐν  
 ταῦτα διατηρήσει πάντας ἡμᾶς ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι πᾶσι ἐν ἁγίᾳ  
 αὐτοῦ τετηρηκότας πρὸς τὸ ἀνυμνεῖν τὸ πανάγιον αὐτοῦ κράτος. Μέμ-  
 νησθε μᾶ τῶν ταπεινῶν λόγων, τέκνια, τὴν ὡς ἀγαθὴν φυλάξα-  
 τε ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος σὺν  
 τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν, καὶ αἰεὶ, καὶ εἰς τὰς αἰῶνας τῶν  
 αἰῶνων. ἀμήν.



in lucem, e servitute ad pileum: quasi quidam indigena ex inquilino futurus, atque ex alieno & extraneo solo (nam advena sum & peregrinus, quemadmodum cuncti majores) in meum proprium discessurus, quin ut audacius loquar, qui ad herum commigrem, Deum Dominumque meum, quem deamavi, quem patrem agnovi, etsi non ut filius colui, quem præ omnibus paravi, etsi non ut servus genuinus servii. Hæc cum amens dixi; tum vestraque causa disserui: quo instigaremini, pro meaque precaremini salute. Quam si consequar, en recipio sancte, ut minime reticebo, quin herum pro vobis omnibus audacter obsecrem, salvis, felicibus, mactis ad ejus gloriam futuris, singulos exspectans per abscessum e mundo intueri, excipere, complecti. Quippe hanc habeo fiduciam, clementem Deum, æque ut hic congreges universos, in futuro sæculo servaturum sua præcepta functos, ter sancto & præpotente Spiritu celebrando. Mementote meorum nauci verborum, filii: depositum servatote per Christum Jesum Dominum nostrum, cui gloria & imperium cum Patre, ac S. Spiritu, nunc, & semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

## Ε Π Ι Κ Ρ Ι Σ Ι Σ.

**M**agni in literis nominis JACOBUS SIRMONDUS fuit, magnæque apud me ab adolescentia, quum varia ejus legissem scripta, existimationis. Ea de causa ne contuli quidem cum Græco contextu versionem ejus, cujus elegantiam confidebam esse maximam. Postquam vero typis excudi, & atque ita, uti fit, a me cum Græcis Latina ejus comparari cœperunt, tanta me cepit perturbatio, ut vix oculis, vix judicio meo crederem. Tantum valet preconcepta mentis opinio. Nam nec Græca illum intellexisse, nec Latina scisse, nunc nimis sero didici. Certe nihil hæc versione purius est, nihil puerilius. Nolui tamen quidquam mutare, nisi unam vocem, ubi Græcum nomen retinui Acephalorum, quod bonus ille Vir Latine Incipitum verterat. Ejusdem generis sunt Clusius pro Enclisto, Decicornius, pro Decacerato, &c. Quid multa? dum tam affectate scribit, Græca me intelligere proficor, Latina quoadque ne conjectura quidem posse assequi. Tu tamen, lector Erudite, tuo mitior judicio, meumque, si displicet, contemnit.

Τῷ ἁγίῳ ΜΑΚΑΡΙΪΟΥ Τῷ Α' ΑΛΕΞΑΝΔΡΕ' ΩΣ

Λ Ο Γ Ο Σ

Περὶ ἐξόδου ψυχῆς δικαίων καὶ ἀμαρτωλῶν.

Τὸ πῶς χωρίζονται ἐκ τοῦ σώματος, καὶ πῶς εἰσὶν.

*E Codice MS. papyr. Bibliothecae Acad. Lipsiensis.*

ΠΟΤΕ διδεδυότων ἡμεῖς ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἔειδον δύο ἀγγέλους συνακολουθεῖν τῷ ἁγίῳ Μακαρίῳ, ἓνα ἐξ δεξιῶν, καὶ ἓνα ἐξ ἐπιπέμων. καὶ ἐν τῷ συμπορεύεσθαι ἡμᾶς, θύρεθρον ἰησιμῶν κείμενον καὶ ὄζον πάνυ καὶ αἰδομένον ὁ ἅγιος Μακάριος τῷ δυσωδίας συνέκλεισε μετὰ τῆς ἰδίας χειρὸς τῆς ἑαυτοῦ μυκτῆρας, ἕως ἃ παρήλθεν. ἐποίησαν δὲ οἱ ἀγγελοὶ ἕτως. καὶ ἰδὼν ὁ γέρον, εἶπεν αὐτοῖς, καὶ ὑμεῖς ἕτως ὁσφραίνεσθε τὴν δυσωδίαν τοῦ κόσμου; οἱ δὲ εἶπον, ἔχι. ἀλλὰ σὺ ἰδόντες ἐποίησαμεν καὶ ἡμεῖς ἕτως. ἡμεῖς γὰρ τῆς δυσωδίας τοῦ κόσμου οὐκ αἰδοσόμεθα, ἀλλὰ τῆς ὀζομανίας τῆς ψυχῶν τῶν ἀμαρτωλῶν ὁσφραίνόμεθα μόνον, ὃν τρόπον σὺ τὴν δυσωδίαν τοῦ ἰησιμαίε τέτα ἄποτρεψῃ. καὶ ὁ γέρον θαυμάσας λέγει αὐτοῖς, γινώσκωστέ μοι, πῶς χωρίζεσθε τῆς δυσωδίας. Τῶν ψυχῶν τῶν ἀμαρτωλῶν ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ αἰδοσάμενοι, ἢ μετὰ θάνατον; καὶ πῶς τὰς ψυχὰς τῶν ἀμαρτωλῶν τῶν ἀσεβῶν, τῶν μὴ πεπιστευκότων, πῶς δὲ τῶν κυρίως πεπιστευκότων διακρίνεσθε; εἶπατέ μοι, εἰ ἔβρον χάριν ἐνώπιον ἡμεῖς. καὶ οἱ ἀγγελοὶ εἶπον, ἀκροσὶν ἐκλεκτῶν τοῦ ἁγίου Μακαρίου. ἢ ἀμαρτωλὸς ψυχή καὶ ἐπὶ ἕσα ἐν τῷ σώματι τὴν τῶν κακῶν

*Variae Lectiones Codicis Bibliothecae Caesareae Viennensis.*

1. Τῷ ἁγίῳ Μακαρίῳ ] Codex papyraceus Viennensis, quicum somnium hoc vigilantis Monachi contuli, habebat: Τῷ Α' βεῖα Μακαρίῳ. πῶς δὲ χωρίζεται ἡ ψυχή ἐκ τοῦ σώματος. Εὐλόγησεν δὲ σπαστα. Alius Codex membr. ejusdem Bibliothecae Caesareae hanc habebat inscriptionem: Διήγησις θαυμαστὴ πᾶσι τῶν ἐπιπέμων μετισταμένων ψυχῶν ἀγαθῶν καὶ φαύλων, καὶ πῶς εἰσὶν αἱ ψυχαὶ αὐτῶν, καὶ πῶς τῶν ὁσίων Μακαρίῳ τῷ μεγάλῳ, τῷ Α' λεξανδρείῳ. Τῷ ἁγίῳ Μακαρίῳ τῷ

Α' λεξανδρείῳ ὁ μαθητὴς διηγήσατο, ὅτι ποτε, &c.

2. τὸ πῶς ] malim πῶς.

3. ποτε διδεδυότων ] ποτε in c. v. deest.

4. Εἶδον ] c. v. ἔμειπον μὲν ἀσπάζοντα. ἐμῶν δὲ ἀκολουθεῖν διηγήσατο ἡμῖν ὁ μαθητὴς αὐτοῦ τῷ Α' βεῖα Μακαρίῳ, ὅτι εἶδον δύο ἀγγέλους συνακολουθεῖν αὐτῶν, ἓνα ἐξ δεξιῶν &c. pro αὐτῶν L. αὐτῶν.

5. Καὶ ἐν τῷ συμπτ. ] v. ἕτως πορευομένων αὐτῶν.

6. ὄζον

S. MACARII ALEXANDRINI  
S E R M O

De excessu iustorum & peccatorum:

*Quorsum scilicet eorum animæ e corpore demigrent, & quomodo se habeant.*

QUUM forte in deserto nostro obambulemus, angelos vidi duos Sanctum Macarium comitantes, a dexteris alterum, alterum a sinistris. Accidit autem, ut in cadaver incideremus jam foetens. Cujus ubi foetorem S. Macarius persensit, nares repente digitis oppressit, donec transfisset. Idem & ab angelis factum, animadversumque Macario. Ergo igitur rogavit eos, num & ipsi foetore mundano tangerentur. Negarunt illi, dixeruntque, ad ipsius sese illud exemplum fecisse. Nos enim tetrum illum mundanum odorem nequaquam percipimus, illius tantum participes, quem peccatorum animæ exhalant. Hic enim ita nos afficit, quemadmodum ille e cadaveribus in putrorem euntibus vos male habet. Ad hæc, quæso, inquit noster senex, indicare ne gravemini, utrum hunc peccatricium animarum foetorem in hac vita sentiatis, an post hanc vitam: quidque inter impiarum, & fidelium animarum odorem sit discriminis, quo utrasque inter se dignoscatis, atque ita pias ab infidelibus distinguatis? Obsecro, vos si gratiam apud vos inveni, molestum ne sit hoc exponere. Et angeli quidem lubenter, Accipe, responderunt, Electe Dei Macari, quid hujusce rei sit. Anima peccatrix, etiam quum corpori adhuc suo alligata est, malorum operum

6. ὄζον] v. ὄζον πάνν.

7. ὁ ἅγιος] v. ὁ Ἀββᾶς.

8. συνεκλίσει usque ad ἐποίησαν] v. ἐσκέπασε τὴν εἴσα αὐτῆ δια τῆς ὀσμῆς.

9. Καὶ ἰδὼν ὁ γέρον] v. ἰδὼν δὲ ὁ γέρον.

10. εἶπεν αὐτοῖς] v. αὐτοῖς λεγῆν. l. αὐτὸ λέγει.

11. οἱ δὲ εἶπον] v. ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ.

12. ἰδόντες] v. ἰδοῦν καὶ ἴτι.

13. ὄσμῆς] v. δυσωδίας.

15. μόνον] abest a Viennensi.

16. ἀποσρέφῃ] v. hic recte avitior, addit: ἕτας καὶ ἡμεῖς τῶν ἁμαρτωλῶν τὰς ψυχὰς (lege τῶν ψυχῶν) τὴν δυσωδίαν.

17. ὁ γέρον] v. ὁ γέρον θαυμάσιας.

18. γνωρίσατέ μοι,] v. παρακαλῶ εἰ ὑμεῖς, γνωρίσατέ μοι &c.

19. ψυχῆς] v. τῶν ψυχῶν.

20. ἡ ἁμαρτωλός] v. ἡ μὲν ἁμαρτ.

